





1686.

1. 19.8 Bardi, Ansehardus: De competentia for-  
matione contractus.
2. Frommann, Johann Andreas: De statu obligationis divi-  
duae . . . post mortem patris creditoris
3. Harpprechtus, Ferdinandus Christophorus: De expensis  
visitationis, praescripto iurejurando, a legatariis vel  
compensandis
4. Harpprechtus, Ferdinandus Christophorus: De admixtione  
personae extraneae, in dispositione parentum inter  
liberos.
5. Kurier, Johann Valentin: De obligatione alternativa
6. Oriander, Joh. Valentinus: De iure regalarum.
7. Schroederus, Gabriel: De privilegiis iuribusque  
singularibus personarum Illustrium.
8. Schroederus, Gabriel: De clausula investiturae  
feudalis: cum pertinentiis, eiusque effectibus.

1687.

1. Frommann, Joh. Andreas: De norma judicis arbitrii
2. Frommann, Jo. Andreas: De electione actionis utriusque  
litoris ejusque jure.
3. Frommann, Joh. Andreas: De negotii amissionis reddituum  
et usurarum mutui foeneratitii . . . natura
4. Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De jure  
deducendi duas {sub vulgo loquuntur} quartas.
5. Prigzerus, Joh. Marcus: De serenissimis potentissimisque  
Ducibus Brunsvicensibus et Lunelargensibus.



1. *Franzosen, die Helveten. De societate politicae helveticae*
2. *Franzosen, die Helveten. De societate politicae helveticae ab  
 anno 1798 usque*
3. *Franzosen, die Helveten. De societate politicae helveticae  
 et consensum in hunc formam*
4. *Hoppstedt, Friedrich Christian. De societate  
 helveticae hunc sicut nunc se habet*
5. *Pfaffinger, J. M. De societate politicae helveticae  
 hunc sicut nunc se habet*









DR. BURCHARDT

& Pflanzl. Anatomie

1870

Geometrie

DOCTORAL

Dr. Burchardt, Leipzig

Dr. Burchardt, Leipzig





Pub. 20. Num. 25. Ec. 10. 1/2.

2  
Q. D. B. V.

1686, 1/2

DISPUTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**COMPETENTIA FORI,**  
**RATIONE CONTRACTVS,**

QVAM PERMISSV  
INCLVTAE FACVLTATIS IVRIDICAE;

PRAESIDE

VIRO NOBILISSIMO, CONSVLTISSIMO AC  
EXCELLENTISSIMO

DN. BVRCKHARDO BARDILI,

ICTO ET PROF. PVBL. FAMIGERATISSIMO,

DVCIS WVRTEB. CONSILIARIO SPLENDIDISSIMO,  
ET DICASTERII QVOD TVBINGAE EST ASSESSORE  
GRAVISSIMO, PATRONO, PRAECEPTORE ATQVE  
HOSPITE AETERNVM COLENDISSIMO.

PRO SVMMIS HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS,

IN VTROQVE IVRE RITE AC LEGITIME  
CAPESSENDIS,

AD DIEM MARTII MDCLXXXVI.

IN AVLA NOVA,

PVBlicAE ERVDITORVM VENTILATIONI  
SVBMITTIT

IOH. CHRISTOPHORVS ENSSLINVS,  
REVTTLING.

TVBINGAE, RECUSA MDCCXXXVI.



(8)

DISPUTATIO IN IURISPRUDENTIA IURIDICA

DE

COMPETENTIA FORI  
RATIONE CONTRACTUS

AVAN PREMII

INCLUTAE FACULTATIS IURIDICAE

FRASIDE

VRO NORISSIMO CONSULTISSIMO AC

EXCELLENTISSIMO

DN. BARCHARDO BARBILI

PRO ET PROE PUBL. FAMILIARISSIMO

DUCIS WURTER CONSILARIO SPLENDISSIMO

ET DICASTRO OD. IURIDICAE FAC. IURISORE

GRAVISSIMO ETONO KAASCHERRE ATOVE

HOSPITE ATERNVM COLINDISSIMO

BLO SYMVS HONORIVS AC PRIVILEGIIS

D. O. T. O. R. A. L. I. B. S. I.

IN VITROVE RE RITE AC LEGITIME

CARISSE VOLS

AB DITM. MARTI MOCELLINI

IN VITA NOTA

ET VITROVE RE DITORM VBN THE AETIONI

VENIITIT

ION CHRISTOPHORVS ENSLINVS

IGNOTUS IURIS REVTIANGI

VITROVE RE VITROVE RE VITROVE RE



(3)





I. N. D. N. I. C.

## PROOEMIUM.



ateria Competentis fo-  
ri adeo esse prænobi-  
lem, & ob summam  
ejus utilitatem atque  
necessitatem in jure no-  
stro fere palmariam nullus est qui in  
dubium hocce vocare audeat! tolle  
enim forum competentens, omnia sub-  
lata erunt judicia, omnis exulabit ju-  
stitia, totius humanæ Societatis dis-  
solvetur nexus, mutuumque nego-

A 2

tiorum

tiorum cessabit commercium, atque  
in confusum chaos revertentur omnia,  
cum vero ob amplam hujus materiæ  
diffusionem modos omnes fortiendi  
forum nobis examinare non fit ani-  
mus: dum nimirum forum quis forti-  
tur vel absolute, vel relate, absolute  
vel ordinarie vel extraordinarie, vel  
jure communi vel singulari, jure com-  
muni vel ex persona alterius vel pro-  
pria, ex hac, vel per se per domici-  
lium quod vel commune vel propri-  
um, vel per accidens ratione contra-  
ctus, delicti, rei sitæ, judicii coepti,  
continentiæ & affinitatis causarum:  
extraordinarie, ratione mandatæ &  
prorogatæ jurisdictionis; relate ratio-  
ne actoris & intendendarum actio-  
num; proinde ex hisce forum fortien-  
di modis placuit iste in praxi utilissi-  
mus qui forum tribuit ratione contra-  
ctus: Sit itaque bono cum Deo.

CAPVT

CAPVT I.  
DE ONOMATOLOGIA.  
FORI COMPETENTIS  
RATIONE CONTRACTVS.

SVMMARIA.

Distributio tractationis in Onomatol. & Pragmatol.	1	tionē contractus, expressi & tacita.	8
Etyologia vocabuli fori.	2	Non prior.	9
Quomodo forus & forum accipiatur.	3	Sed posterior saltem nostræ considerationis est.	10
Homonymia fori, de qua remissive.	4	An reconventio sub hac continetur? N.	12
Quomodo hic loci accipiatur.	5	An interventio? N.	13
Denotatio vocabuli competens.	6	Adequata & propria.	14
Quod hic accipitur non simpliciter sed restrictive ratione contractus.	7	Quid juris si domicilium & locus contractus concurrant?	15
Duplex ratio fortiendi forum ra-			

**D**e competentia fori ratione contractus acturus, ut omnia competenti ordine procedant præmittenda primo loco venit *Onomatologia* & deinceps *Pragmatologia*. Circa *Onomatologia* primo occurrit loco vocabulum *FORVM* de cuius *ETYMOLOGIA* varii varie scripserunt: vid. *Vmm. disp. ad process. 4. th. 1. num. 1.* Mæstert. varr. *trr. rubr. de foro competenti p. 176.* communiter a ferendo derivatur, quod in eum lites ac controversiæ deferantur *Canis. ad tit. X. de for. comp.* illud parum interest s. forum dicas seu forus *o. forus X. d. verb. signif.*

- gnif. non enim ad stipulandum, quod forum territorium  
 cujusque significet, forus vero auditorium ipsius judi-  
 cis in quo jus redditur, quemadmodum nonnulli de  
 quibus Canif. *ad tit. X. d. for. comp. n. 5.* volunt, quam-  
 vis illud frequentius apud bonos auctores occurrat.
- 4 Sed & fori vocabulum ambiguum esse, patet ex iis  
 quæ tradunt Mastert. *d. l. Calvin. in Lexic.* Juris voc.  
 forum præprimis Excell. Dn. D. Schvveder. *Disp. d.*  
 5 *foro illustr. personar. th. 3. 4. Vmm. d. l.* Nos, seque-  
 stratis aliis significationibus, accipimus pro litium ex-  
 ercendarum loco, a litigantibus ad eundo, est enim lo-  
 cus publicus in quo magistratus jus dicit *Vult. de jud.*  
 6 *lib. 1. c. 4. n. 140.* Vocabulum competens idem deno-  
 tat ac congruum, proprium, & opponitur ei quod est  
 incongruum alienum, unde competens forum dici-  
 7 tur in quo reus respondere omnino tenetur. Cum  
 vero, uti supra dictum, id fieri multis ex causis possit,  
 proinde ad distinctionem aliarum causarum, quarum  
 intuitu ex necessitate quis iudicium suscipere cogitur,  
 inscriptio disputationis habet de competenti foro *ra-  
 tione contractus.* Non itaque nobis hic sermo est de  
 foro competenti in genere *de q. vid. tot. tit. ff. & eod.*  
*d. judic. tot. tit. X. d. for. comp.* sed de foro competenti  
 ratione contractus.
- 8 Cum vero ratione contractus dupliciter quis fo-  
 rum sortiatur. 1. quidem propter expressam conven-  
 tionem: 2. ex tacita & præsumpta voluntate. Hahn.  
 9 *ad Wesf. tit. ff. d. judic. n. 16.* unde in limine statim mo-  
 nendum venit, nobis hic sermonem non esse i. demo-  
 do sortiendi forum ex conventionem expressa per pro-  
 rogationem nempe jurisdictionis facta: v. c. si qui-  
 dam



dam expressa conventionione sese alterius jurisdictioni subji-  
 ciant *l. 14. l. 18. d. jurisd. l. 1. C. d. jurisd. l. 2. ff. d. judic. l. 13. §. pen. ff. ad SC. Trebell.* quamvis  
 n. & ibi dicatur locus contractus *Struv. ad tit. d. judic. hb. 38.* ad nos tamen non pertinet, de quo vid. late *Mæ-  
 stert. varr. trr. rubr. d. prorogat. jurisd. p. 170.* sed de ea  
 quæ fit ex conventionione tacita & præsumpta. Nec  
 de quacunque tacita & præsumpta. Sic enim qui in  
 casu reconventionis, judicem non suum agnoscere,  
 ibidemque respondere tenetur, ex tacita & præsum-  
 pta conventionione, quod nemo præsumatur aspernari vel-  
 le adversum se eum judicem, quo contra alium utitur  
*l. cum Papianus 14. inf. C. d. sent. & inter loc.* vid. *Mæ-  
 stert. varr. trr. rubr. d. for. comp.* etiam in foro quodam-  
 modo contractus ex tacita & præsumpta conventionione  
 forum sortitur, sed vero hic sortiendi forum modus  
 ad nos nihil attinet. Hoc amplius, qui ad judicem in  
 competentem vocatur, nec opponit exceptionem fori  
 declinatoriam, sed coram eo litem contestatur, etiam  
 tacita quadam conventionione sese subji-  
 ciat tamen non suæ *l. 1. C. d. iurid. omn. judic.* sed nec hic  
 modus sortiendi forum erit considerationis nostræ ob-  
 jectum. Denique ex contractu reus forum sortitur  
 in casu interventionis, cum nempe quis mota ab alio  
 lite pro suo jure & interesse se in judicio interponit.  
*arg. l. 15. §. 4. ff. de re jud. l. 3. §. 4. ff. de Carbon. edict. Gail. 1. obs. 69. num. 4. Mæstert. varr. trr. Rub. d. for. comp. p. 179.* sed missam facimus & hanc, acturi de illa tacita  
 & præsumpta conventionione, quando quis certo in loco  
 promissit, se soluturum *l. Heros. 19. §. 4. ff. de judic. l. contractisse 21. d. O. & H.* vel ubi quis contraxit quo-  
 cunque

15 cunque etiam modo. *l. 3. ff. de reb. auct. iud. poss.* Is vero qui contraxit, vel ibidem domicilium habet vel non: si habet domicilium, tunc convenitur ibidem non tam propter contractum ibidem initum: sed domicilium, quod facit, ut ibidem forum fortietur. Si non habet domicilium, tunc proprie dicitur locus contractus, de quo hic agimus.

CAPVT II.  
CONTINENS PRAGMATOLOGIAM;  
INQVE EA DEFINITIONEM  
ET DIVISIONEM.

SVMMARIA.

Definitio.	1	In causis contentiosæ jurisdictionis coram tribunali regulariter.	5
Quid sit locus.	2	Exceptiones.	6
Aliter in causis voluntariæ: aliter in causis contentiosæ Jurisdictionis jus redditur.	3	Divisio nulla.	7
Illis quocunque in loco.	4	Nisi vel ratione modi procedendi.	8
		Vel pro diversa significatione vocabuli contractus.	9

1 **H**icse præmissis competentia fori ratione contractus est locus congruus, in quo qui contraxit respondere tenetur, quantumvis jurisdictioni magistratus ejus loci non sit subiectus. Generis loco dicitur locus, cujus variæ alias sunt significationes. Hic tribunal denotat, in quo magistratus jus reddere consuevit. *arg. l. pen. ff. de just. 3 § jur.* Aliter quidem in causis voluntariæ: aliter in 4 causis contentiosæ jurisdictionis. Illic, non necessario coram tribunali, sed etiam extra ordinarium iudicii locum, in domo ipsius iudicis vel alterius privati, de

de simplici & plano Mev. *ad Ius Lub. lib. 3. tit. 4. art. 2. num. 32.* Carpzov. *Iurispr. For. part. 3. const. 29. num. 19.* vid. *l. 9. §. 3. ff. de offic. proconsul. §. 2. Inst. d. libert. l. 7. §. ff. d. manum. vind.* Hic vero coram tribunali regulariter, *d. l. 9. §. 3. ff. de offic. proconsul.* quia si aliter fiat, sententia est ipso jure nulla. *l. 6. C. de sentent. & interlocut.* nisi & in his de plano iudex & sine strepitu iudicii procedat, nicht vor einem ordentlichen geseffenen Gericht, sondern vor Ampt, quod in privatis aedibus fieri posse, constat ex *l. 18. §. fin. ff. d. quæst.* vel in loco ordinario jus dicere non possit. vid.  *Clem. un. d. for. compet. vel consensu partium accedat.* Brunn. *ad l. 6. C. d. sent. & interlocut.* aut specialiter excepta reperiantur. vid. B. Laut. *disp. de Voluntar. Iurisd. th. 50.* Reliqua verba continent differentiam specificam, de qua infra. *Divisionem* nullam reperire licet. Si quis tamen ratione modi procedendi eam dividere velit, quod uti modo dictum, vel de plano expediatur & sine figura iudicii, vel in processu ordinario: item, pro diversa significatione vocabuli contractus: illi reclamare nolumus.

## CAPVT III.

## DE CAUSA EFFICIENTE HVIVS FORI REMOTA.

## SVMMARIA.

Causa Remota est jus seu lex, quæ contractum ita qualificat.	1	Sicut alias consuetudo loci observatur.	4
Contractus quidem sunt lucri causa.	2	Jus intellige Romanum.	5
Sed ex tacita voluntate contrahentium, lex contractui id inesse vult.	3	Jure Canonico approbatur.	6
		Et statutis locorum confirmatum.	7
			Causa

B

<sup>1</sup> *Causa remota* est jus, seu lex, quæ contractum non  
 etiam a subdito vel incola, sed ab alio forensi &  
 extraneo initum, ita qualificat, ut quamvis qui con-  
 traxit ibidem alias forum non sortiatur, post contra-  
<sup>2</sup> ctum tamen semel initum ibidem respondere tenea-  
 tur, nimirum finis principalis quidem contractuum est  
 lucrum honestum, unde dicitur *in l. 25. §. 1. ff. de*  
*Oblig. & Action.* homines lucri causa contrahere, &  
 de emptionis quasi substantia esse emptorem viliori  
 comparandi, venditorem carius distrahendi votum ge-  
 rentem, ad hunc contractum accedere; ideoque qui  
 contrahit, non ideo contrahit, quod velit, in loco con-  
<sup>3</sup> tractus forum sortiri. Attamen locus contractus fa-  
<sup>4</sup> cit, ut ibidem respondere teneatur, quoniam contra-  
 hentes in aliquo loco sese statutis illius loci aut pro-  
 vinciaë subjecisse videntur ac per consequens solemnita-  
 tibus in loco contractus servatis stare tenentur, atte-  
 stante Jcto. *l. 6. ff. d. Evisct.* nempe consuetudo loci  
 contractus uti alias in decisionibus causarum attenden-  
 da venit, per tradita Gail. *l. 2. obs. 8. in fin.* Carpz. *Ipr. for.*  
*part. 1. c. 15. d. 6. num. 8. Rot. Gen. decis. 58. n. 4. Mev.*  
*d. Arrest. c. 12. n. 4. 5. 6. 7. 9. 10. Brunn. ad d. l. 6. ff. d.*  
*Evisct. num. 3.* quia ad eam consuetudinem tanquam  
 proximiozem & magis de mente contrahentium cen-  
 setur habita ratio. Pinell. *d. bon. matern. rubr. pr. num. 37.*  
*Br. d. l.* Ita qui in aliquo loco contrahit iudicem etiam  
 loci ratione contractus agnovisse & hujus Jdictionita-  
<sup>5</sup> cita quadam conventionem sese subjecisse videatur. Per  
 jus intellige jus Romanum, quod contractum alibi ini-  
 tum, ita qualificat, ut ob id contrahens teneatur,  
 quantumvis ibidem domicilium non habeat. *vid. l. 3.*  
*ff. d.*

*ff. d. reb. auct. jud. poss. l. 2. §. 3. 4. l. 19. ff. d. judic. Nov. 69. c. 1. §. 1. l. 28. pr. l. 45. ff. d. judic. l. 4. §. ult. ff. d. Edend.* Quæ jure civili sunt constituta, jure quoque 6 Canonico sunt comprobata *c. fin. c. dilecti filii 17. X. d. 77 for. compet. c. 1. §. contrahentes de for. compet. & statutis multorum locorum, nec non usu & consuetudine confirmata, uti infra pluribus dicendum.*

## CAPVT IV.

DE CAUSA EFFICIENTE PROXIMA  
HVIUS FORI.

## SVMMARIA.

Causa proxima.	1	Quid de contractibus sub conditio-
Originatio vocabuli contractus.	2	ne initis?
Synonymia vocabuli contrahere.	3	Conditione existente loci contractus
Vocabuli contractus stricta signifi-		ratio habetur.
catio hic non attenditur.	4	Non vero pendente regulariter.
Sed largior & generalis.	5	Ratio.
Quid ea comprehendatur.	6	Contractus conditionalis ratione
Sed & latissima.	7	penitentiae est perfectus.
Huc venit etiam matrimonium.	8	Et propter penitentiam locus con-
Nudorum pactorum effectus.	9	tractus respiciendus.
De Jur. Civil.	10	Differunt pacta nuda & preparato-
De Jur. Canon.	11	ria.
De moribus.	12	Quid inde sequatur.
Limitatio.	13	Infringitur consequentia ex ratio-
Hac veniunt etiam nuda pacta.	14	ne.
Non et Status seu preparatoria con-		Alio.
tractuum.	15	Exemplo.
Ratio.	16	Quæritur an ex pacto de venditione
Auctoritates Dd.	17	ineunda agi possit ad illam perfici-
Declaratio per exemplum.	18	endam?
Obligatio tractatus ad poenam con-		Dubitarur per instantias.
ventam.	19	Affirmativa præjudicio stabilitur.

<sup>1</sup> Principalis itaque, & PROXIMA CAUSA quæ forum  
<sup>2</sup> hoc tribuit est contractus, dictus a vocabulo con-  
 & traho, quod diversæ sententiæ in idem contrahan-  
 tur placitum, & post altercationes, paciscentes ad  
 unum perducantur consensum *l. si voluntate §. C. de*  
<sup>3</sup> *R. V. unde contrahere nihil aliud esse, quam stringe-*  
*re, vel simul stringere, rem dispersam cogere, & ve-*  
*lut in unum adducere post Albert: Gentil. ad l. Labeo*  
*19. d. V. S. tradit Magnif. Præses Disp. de contr. inter*  
*Laut. th. 1. Vnde & contractus, in vernaculâ lingua*  
*dicitur eine bündliche hin- und wider-Handlung, item eine*  
*Handlung, dardurch man partierung, und Kramerschaft treibf.*  
*Franzk. in Comm. ad Tit. d. pact. n. 12. quamvis poste-*  
*rior hæc appellatio, non de omnibus prædicari contra-*  
*ctibus possit. Præses d. l. th. 3. Contractus quidem*  
<sup>4</sup> *vocabulum, alias strictè accipitur, & ad διαλεγεσς con-*  
*tractus restringitur, l. 19. d. V. S. nonnunquam oppo-*  
*nitur quasi contractibus, & significat conventionem*  
*veram & expressam, §. 2. Inst. de oblig. l. 1. pr. ff. d. O.*  
*et A. pr. et §. 1. Inst. d. oblig. quæ ex quasi contractu.*  
 Verum, hic vocabulum contractus generaliter sumi-  
 tur, non solum pro conventionem, quæ ex se & sua na-  
 tura efficacem producit obligationem Gothofr. Fibi-  
 gius *ad Ex. Fr. 9. q. adjecti. n. 14. Præses d. l. th. 4.*  
 Sed & comprehendit tam veros quam quasi contra-  
<sup>6</sup> ctus *§. 1. Inst. de act. l. 1. §. 6. ff. d. const. pec. l. 9. ff. d.*  
*duob. reis. l. contractus 23. d. R. l. l. 4. d. O. et A. l. ult.*  
*ff. ex quibus causis pign. tac. l. 3. §. ult. l. 4. ff. ex quib.*  
*caus. maj. verum etiam pacta legitima, nec non pacta*  
 in continenti contractibus adjecta, quæ non quidem  
 ex se & sua natura, sed aliunde, & vel ex legis assisten-  
 tia,

tia, vel ex contractus cui accedunt coherencia, produ-  
 ducunt efficacem obligationem, contractus nomine  
 venire est in propatulo *l. contractus 17. pr. C. de fid. instr.*  
*l. 8. pr. C. de bon. quæ lib. l. omnem 20. ff. de judic.* sed 7  
 quod magis est latissima est ejus significatio, nam  
 quoad hoc forum nostrum, omnem obligationem pro  
 contractu habendam Paulus docet, ut ubicunque quis  
 obligatur, & contrahere ibi videatur, quamvis non ex  
 crediti causa *l. 20. ff. d. judic. Mæstert. varr. Rubr. 163.*  
*de for. comp. p. 176.* unde matrimonium, utut alias con-  
 tractus non sit: quia tamen matrimonia contrahi di-  
 cuntur *l. fin. C. d. repud.* proinde qui puellæ fidem ma- 8  
 trimonialem dedit, quin in loco contractus s. promil-  
 sionis teneatur, & a judice ad hoc compelli possit, du-  
 bium apud nos habet nullum. vid. *Mæv. part. 1. decis.*  
 239. Nuda pacta contractibus in jure non semel op-  
 ponuntur *l. 7. pr. §. 1. 2. 3. ff. d. pact.* nec n. de jure 9  
 Romano efficacem producunt obligationem. *l. 7. §. 4.*  
*ff. d. pact. l. 45. ff. eod. l. 27. C. locat. l. 10. C. de pact. con-*  
*vent. non obstantibus iis, quæ in contrarium adfert* 10  
*Mæstert. de Iust. LL. Romanarum, ibi: dub. 31. cujus argu-*  
*mentis satisfecit Cyprian. Rignerus de injust. qua-* 11  
*rundam ll. Romanarum c. 2. §. 3. quod etiam de jure*  
*Canonico verum arg. c. ult. X. d. N. O. N. Connan. 5.*  
*comm. cap. 3. quicquid in contrarium dicant ex c. 1. X.*  
*d. pact. alii, Joachim Wisenb. ad π. tit. d. pact. disp. 9.*  
*zb. 28. Wagnereck. Panorm. Canif. ad c. 1. X. d. pact.*  
 Verum enim vero, cum nuda quoque pacta obliga-  
 tionem pariant saltem naturalem *l. 5. §. 2. ff. d. solut.*  
 illamque quodammodo jus civile agnoscat, adeo ut  
 ejusmodi obligatio novari *l. 1. §. ult. ff. d. novat. con-*  
 stitui

stitui l. 1. §. 7 ff. d. const. pecun. pignoris & fidejussoribus confirmari l. 14. §. 1. l. 5. pr. d. pign. l. 6. §. 2. l. 16. §. 3. ff. d. fidejuss. ad retentionem & compensationem opponi possit l. 10. ff. d. O. & A. l. naturaliter 13. l. 26. §. 12. l. quod pupillas 41. ff. d. condict. indeb. l. 6. ff. d. compens. Et de jure quoque Canonico, si non actio inde nascitur, attamen secundum nonnullorum sententiam imploratio officii judicis, post Panorm. Wag-  
 12 nerek. ad cap. 1. X. d. pact. moribusque nostris nulla amplius fit dubitatio, quin ex nudis pactis actio detur  
 Carpz. Ipr. for. part. 3. const. 22. part. 2. c. 19. d. 27.  
 13 Mæv. p. 5. decis. 408. modo non respiciant præparatoria contractuum, vel de futuro contractu ineundo fiant. Carpz. I. for. p. 2. const. 33. d. 23. Hahn. ad tit. ff.  
 14 d. P. R. n. 1. in fin. Lauterb. disp. d. arrha. th. 104. Proinde, dubitatione apud nos caret omni, quin pacta quæ de jure Civili in ordine ad stipulationem sunt in se nuda, nec habent aliquod adminiculum s. vestimentum vel ex se & sui natura, ut contractus, vel aliunde, nempe vel ex legis assistentia, ut pacta legitima l. 6. l. 54. ff. d. pact. vel ex contractus coherentia, ut sunt pacta, in continenti contractibus adjecta, quæ ob continentiam, quam habent cum contractu de natura contractus participare dicuntur, vocabulo contractus late sumto veniant, ita ut propterea forum  
 15 quis fortiatur in loco ubi pactus est TRACTATUS de negotio aliquo contrahendo, vulgo händlungs Vorschlag, vocantur quidem alias, præparatoria contractuum, tractatus præambuli, oblationes actus oblativi, præfationes, propositiones, conventiones, antecedentes.  
 Cothmann. vol. 1. conf. 4. n. 14. Franzk. in comm. ad ff.  
 Tit.



*Tit. d. pact. n. 16.* assertiones, explicationes animum de 16  
 futuro, qui nunc est. *Grot. d. iur. B. & P. lib. 1. c. 11.*  
*§. 2.* *Pufend. de I. N. & G. l. 3. c. 5. §. 5.* quibus nul- 17  
 lam nobis inferimus necessitatem in ista animi desti-  
 natione perseverandi; sed cum alias homo, habeat  
 non saltem naturalem potentiam consilium mutandi,  
 sed & nulla nos obligatio urgeat in ea persistendi,  
 proinde antecedentes ejusmodi conventiones, per sub-  
 sequentem consensum, dum nempe uti loquitur  
*JCtus in l. 1. §. 3. ff. de pact.* ex variis animi motibus  
 in unum consentimus, firmanur & perficiuntur. An-  
 tequam igitur acceptatio ex utraque parte accessit,  
 haud dubie non obligant, quia non potest aliter fieri  
 talis obligatio, quam sub tacita conditione acceptationis  
*Grot. d. l. Pufend. d. l. Laym. Theol. Moral. Tit. 1. lib. 3.*  
*tr. 4. num. 3.* *Dn. Struv.* (quem dum hac scribimus e  
 vita excessisse, non sine merore accepimus) *ad tit. d.*  
*pact. ib. 11.* Proinde, ex his jam fluit, quod tractatus isti 18  
 præambuli, quibus de conveniendo vel contrahendo  
 agitur, postquam nobis nondum insit animus, firmiter  
 in ea voluntate perseverandi, sed penitentia adhuc  
 dum locum habeat. *Struv. d. tit. ib. 33.* vocabulo con-  
 tractus non veniant, nec ob conventiones ejusmodi  
 voluntatem antecedentes, quis forum fortiatur, ac in  
 loco contractus *Brunnem. ad l. 19. §. 2 ff. de jud. n. 18.* ibi:  
*per locum contractus non intelligimus principium contra-*  
*ctus ubi de contractu tractatum.* Putandum quidem,  
 per præambulos istos tractatus ad minimum obligari  
 illum, qui proponit & tractare cum altero vult, ut  
 ejus quod semel proposuit ac obtulit, acceptationem,  
 aut recusationem necessario ab altero expectet, atque  
 inte-

interim non possit pœnitere, quemadmodum alias constat, quod & is qui sub conditione contrahit, pendente conditione pœnitere non possit. *l. 8. ff. d. per. § com. R. V. Brunn. n. 12. Mantio. de tac. § ambig. convent. l. 4. tit. 26. n. 17. § 20. Brussel. d. condit. lib. 2. tit. 1. num. 1.* Attamen, cum in proponente nil aliud requiratur, ut actus careat vitio, quam veritas cogitationis pro præfenti tempore, seu, ut revera ipsi talis sit animus, qualem profiteatur, neve mendacio alterum illudat: proinde in ea destinatione perseverare, non tenetur. *Struv. Ex. ad n. 6. tb. 17. Menoch. conf. 14. num. 4. n. 3. Bolognet. ad Rubr. d. V. O. c. 20. n. 2.* Omnino idem dicendum, si quando convenerit, ut in scriptis contrahatur, antequam scriptura in loco ad quem dirigitur est acceptata, nulla inde oriatur obligatio, ac proinde si moriatur interim is, qui eas misit, acceptanti, vel eo qui eas misit, nec profint, nec scribentem & mittentem obligent *Berlich. p. 1. d. 27. n. 4.* Quamvis autem conventiones istiusmodi antecedentes, nullam inducant firmam obligationem quoad ipsos contrahentes, obligant tamen alio respectu, & quidem nonnunquam ad pœnam v. c. quando tractatus fiunt de re, statuto alioquin sub pœna tractari prohibita, cum hic intentio sufficiat contrahendi, neque necessarium sit, ut consensus ex utraque parte accedat, multoque minus ut res executioni demandetur. *Panorm. in c. 8. X. de his, que fiunt a prælat. eid. Diether. in addit. ad Besold. Th. Pract. voc. Belägerung. Joh. Georg. Bechm. disp. de tractatibus. Jenæ ann. 1681. habita tb. 12. n. 4.* Quæ dicta sunt de tractatibus præambulis, an etiam obrineant, quando conventio est sub conditione inita, dignum ut excutiatur

cutiatur omnino videtur? Equidem, conditione existi-  
 stente, eum qui sub conditione contraxit, in loco con-  
 tractus initi teneri dubium habet nullum, conditionis  
 enim existentis hic est effectus, ut actum antea infor-  
 mem ac imperfectum formet & perficiat. *l. 7. ff. de  
 contr. emt. l. 50. ff. eod. & quidem retro l. 8. ff. de pec. &  
 com. rei vend. l. sub conditione ff. d. solut. Mol. d. iust. &  
 Iur. def. 337. n. 10. d. 379. n. 1. Brussel. d. cond. l. 2. tit. 3.  
 n. 15. quem omnino vid. Sed, an pendente conditio-  
 ne forum sortiatur contrahens, major est controver-  
 sia? dicendum regulariter quod non, quoniam pen-  
 dente conditione contractus vel conventionis ipsum  
 quoque negotium est in pendenti, & ratione obliga-  
 tionis atque actionis imperfectum. *l. 7. pr. ff. d. C. E. V.  
 l. 43. §. pen. ff. d. edil. edict. unde obligatio nondum  
 nata est l. 213. d. V. S. & ad conventionem implendam  
 agi non potest. l. 41. ff. d. C. E. V. Verum enim vero,  
 cum & hæc conventio ratione pœnitentiæ dicatur per-  
 fecta, ita ut pendente conditione pœnitere non liceat.  
*l. 8. ff. d. per. & com. R. V. Brussel. d. cond. lib. 2. t. 1.  
 num. 1. Mantie. d. tac. & amb. corvent. lib. 4. tit. 26. n.  
 17. & 22. Dn. Lauterb. ad tit. ff. d. contr. empt. §. 12.  
 vers. pendente.* Proinde dicendum, quod in ordine  
 ad contractum adimplendum qui sub conditione con-  
 traxit, pendente conditione in loco contractus forum  
 sortiatur vel minime, sed si altero invito resilire velit  
 a conventionem, quin a iudice loci contractus ad servan-  
 dam conventionem & respectandum tempus, donec  
 constet conditionem vel existere vel defecisse, cogi pos-  
 sit, nihil obstat. Cum itaque pacta quæ respiciunt futu-  
 ri contractus præparatoria, longe differant a pactis  
 nudis,**

C

- 28 nudis, ex quibus obligationem hodie nasci efficacem constat, vid. supr. fuit ex jam dictis, ex pacto istiusmodi præparatorio, contra paciscentem in loco promissionis agi nec posse nec debere, scil. ad promissionem adimplendam, quia nec ex nudo pacto *de Iure C.*
- 29 adversus promissorem ad hoc agitur; ast cum istiusmodi pacta, nomen pacti nudi, quod in terminis nudi placiti & conventionis consistit, retineant, & non secus ac alia nuda pacta in tantum sint obligatoria, in quantum nempe lex civilis iisdem afficit, scil. non tribuendo eis actionem, sed alios effectus vid. supr. unde sequitur, quod etiam intuitu ejusmodi pacti præparatoria contractus respicientis, contra paciscentem, in loco promissionis, quem in lata significatione locum contractus dicimus, agi possit, & conventus coram tali iudice forum sortiatur. arg.
- 30 eorum, quæ supr. dicta sunt. Idque multo magis obtinet, quando non in terminis nudæ conventionis, etiam in ordine ad futurum contractum ineundum partes ac-
- 31 quieverunt, sed ulterius processerunt, uti in proposito casu, cujus non ita pridem, ad Facult. Juridicam, in causa magni momenti, transmissum. Magnif. Dn. Præses meminit, v. c. Nobilis in vicinia, vendidit castrum cum pertinentiis pro pretio, welches zwey verständige unpartheyische Cavaliers bestimmen würden, & in ipsa traditione adjicit pactum, daß dieser Kauf NB. allbereit die Eigenschaft eines in Rechten bestehenden wirklichen Kaufs-Contracts haben, darüber nächstkünftig ein formlicher Kaufbrief, wie er nützlich und nöthig befunden wird, aufgesetzt, und darwider nichts vorgewendet werden solle, sed nemo est ex omnibus, qui rem æstimare velit: Quæritur an

an nihilominus venditor ratione pacti adjecti emptori sit obligatus, si non ad E. V. perficiendam, ad interesse tamen, sicut evenit, in faciendi obligationibus, quemadmodum loquitur JCtus in *l. 13. §. f. ff. de re jud.* & ratione pacti forum sortiatur? quamvis uti supra dictum, aliud sit pactum de vendendo, aliud venditio ipsa Berlich. *p. 1. d. 142. Mæv. p. 4. d. 238. p. 7. d. 203. num. 3.* aliud pactum de fidejubendo, aliud fidejussio ipsa Ant. Fab. *lib. 8. C. tit. de fidejuss. def. 26.* aliud pactum de locando, aliud locatio ipsa. *Mæv. p. 4. d. 227.* nec subsequuta etiam traditio faciat eam perfectam *Mæv. dd. 234. Berlich. d. l. & Dd. supra alleg.* Attamen judicatum in Facultate, pactum supra dictum, E. V. appositum, pro nudo pacto preparatorio futuri contractus non habendum, sed Emptori ex illo contra venditorem jus agendi quaesitum; huc faciunt ea, quae tradunt Carpz. *p. 2. Ipr. For. const. 19. th. 22. Mæv. part. 5. d. 408.*

## CAPITIS IV.

## SECTIO I.

## QVIS DICATUR LOCUS CONTRACTVS.

## SYMMARIA.

Quis locus contractus.	1	An alternative.	7
I. Solutionis destinatæ.	2	Ampliatur	8
Sive expresse s. per æquipollens	3	Quid de clausula ubique locorum.	9
Quæritur si de pluribus locis convenit?	4	Disting. 43.	10
Distinguend.	5	An copulative.	11
An copulative.	6	An disjunctive.	12
		C 2	Actio

Actio arbitraria obtinet propter locum solutionis.	13	Responsio.	37
2. Celebrati contractus.	14	Declaratio per exempla.	38
Declaratio.	15	An administrator præcise in loco ad ministr. conveniri debeat?	39
Præjudicium.	16	Affirm. rationes dubitandi.	40
Ampliatio.	17	Neg. verior per rationem.	41
Ejus ratio.	18	Et exemplum.	42
Quid de contractu in S.	19	Quis dicatur locus administratio nis.	43
Exemplum	20	Speciale ratione hereditatis adita in certo loco.	44
Quid de cambio.	21	Legatum non peti potest in loco aditionis.	45
An locus confirmationis sit locus contractus?	22	Opinio dissent. Brunnem.	46
Dubitatio.	23	Nostra sententia.	47
Negativa stabilitur.	24	Respond. Brunnem.	48
Fori compet. fundatur per cujusque generis contractum.	25	Heres legata petentibus respondere debet vel in loco ubi major pars hereditatis sita, vel ubi domicilium habet, vel ubi testator legatum præstari voluit.	49
Realem.	26	Limitatur. 1. 2.	50
Verbalem.	27	Quid de re legata alio in loco sita, si petatur ubi major pars hereditatis?	51
Literalem.	28	Interest tamen an certa res an quantitas petatur.	52
Consensualem.	29		
Verum & quasi.	30		
Speciale ratione tutelæ.	31		
Specialitatis ratio.	32		
Legis non abrogata auctoritas.	33		
Hujus specialitatis ampliatio.	34		
Extensionis ratio.	35		
Objectio.	36		

1 Sed quis dicatur locus contractus, an is ubi quoquo modo contractum est, an vero is, in quem solutio  
 2 collata? Uterque. Et principaliter ille quidem, in quem solutio collata, si enim is, qui solummodo contraxit ibid. forum sortitur, multo magis fortietur, qui ibidem se soluturum promisit. *Math. Steph. de jurisd. lib. 2. c. 29. n. 1.* contraxisse enim unusquisque eo loco intelligitur, in quo ut solveret sese obligavit *l. contraxisse 21. ff. de O. & A. l. 3. ff. de reb. auct. jud. poss.* unde communis est *Dd.* sententia, quod locus destinatus solutioni,

lutioni, pro loco contractus habeatur post. Cacheran.  
 Rot. Gen. *Riccus. decis. 10. 82.* Brunnemann. *ad l. 21. ff.*  
*d. O. & A. ad l. 19. §. 2. ff. de jud. n. 17. 18.* Claudius d.  
 Mæan. *obs. Leodiens. 422.* unde si de loco solutionis con-  
 venit, non attenditur locus contractus. Brunn. *d. l. 21.*  
*n. 2.* Hillig. *lib. 17. comm. c. 14.* Carpz. *lib. 2. resp. 29.*  
 Struv. *ad π. b. tit. 1b. 39.* Brunn. *ad l. 19. §. 4. d. jud.*  
*n. 26.* nec æstimatur locus contractus ex initio rei ge-  
 stæ, sed ex solutione, in quam obligatio collata, sic-  
 que adeo ab effectu. *d. l. 3. ff. reb. auct. jud. poss.* ubi  
 Brunn. *num. 3.* etiam si contractus alibi celebratus fue-  
 rit. Mejer. *Coll. Arg. lib. 5. tit. 1. n. 221.* Mæv. *d. ar-*  
*rest. c. 12. n. 12.* Neque interest, siue locus solutionis  
 expresse adjiciatur, siue per verba æquipollentia, v. c.  
 Er der Schuloner wolle ihm die Gelder in seine Behausung  
 bringen; item, der Gläubiger solle Macht haben, durch Ar-  
 rest, ihm oder seine Güter eignes Gefalls anhalten zu lassen,  
 quia hæc verba locum solutionis determinat. Mæv.  
*c. 12. n. 13. in fin.* Locus quoque bonorum interdum lo-  
 cum solutionis denotat, v. c. quando pactum ingredi-  
 endi aut capiendi bona debitoris est adjectum, unde  
 in cujus territorio bona sita sunt, fundata est jurisdic-  
 tio. Mæv. *d. arrest. 6. 12. n. 14.* Quid vero si de pluri-  
 bus locis convenerit? distinguendum: aut enim sim-  
 pliciter quis, pluribus locis dare promisit; & tunc si  
 illa loca protulit copulative, in omnibus conveniri  
 potest, ita tamen ut divisa censeatur summa, & singu-  
 lis in locis directa actione, dimidia pars sit petenda l. 2.  
*§. 4. ff. d. eo quid. cert. loc.* Coll. *Jur. Arg. h. t. 1b. 231.* B.  
 Lauterb. *ad tit. de eo quod cert. loc. in fin.* Quando  
 alternative duo loca solutioni adjiciuntur, veluti Fran-  
 cofurti,

cofurti, aut Lipsiæ, tunc debitor quidem antequam  
 conveniatur, electionem ubi solvat, habet; creditor v.  
 habet electionem, ubi directa actione petat, & in quo-  
 libet, eorum loco agere potest in solidum. *l. 2. §. 3.*  
<sup>8</sup> *ff. de eo quod cert. loc.* Quod ipsum etiam verum esse  
 dicitur, si non solum loca sed etiam res sub disjunctio-  
 ne promissas expresserit: veluti decem Lipsiæ, vel  
 Francofurti equum dabo, ita, ut hoc casu loci electio  
 trahat ad se rei electionem, alias debitori competen-  
 tem, ne videlicet jus actoris impediatur, electione rei  
 solvendæ, debitori reservata *d. l. 2. §. 3. vers. proind.*  
 Perez. *in tit. de eo quod cert. loc. num. 6.* B. Lauterb. *ad*  
<sup>9</sup> *tit. ff. de eo quod cert. loc. §. 7. fere in fin.* Quando no-  
 minatis quibusdam locis adjecta est obligationi clau-  
 sula, ubique locorum: wo es dem Creditori gelegen siel,  
 und belieben möchte. vid. Mæv. *de Arrest. c. 12. n. 13.* tunc  
<sup>10</sup> distinguendum: nam vel copulative promissio est fa-  
<sup>11</sup> cta, totum debitum proportionaliter in locis expres-  
 sis, & pro rata etiam ubique locorum peti potest. *d. l.*  
*2. §. 3. ff. d. eo quod. cert. loc.* Mejer. *ad Coll. Arg. d. n.*  
<sup>12</sup> *231.* sin disjunctive, tunc ex hac formula debitor con-  
 veniri potest, non solum ut illis in locis in quibus alias  
 forum fortitur solvat, sed & in omnibus ubicunque  
 ille deprehensus fuerit. *arg. l. ult. C. d. dot. promiss. junct.*  
*l. 1. §. 1. d. leg. præstand. Mæv. d. Arrest. c. 12. n. 13.*  
<sup>13</sup> Præterea, locus solutionis facit ut non tantum princi-  
 palis actio locum habeat, sed etiam arbitraria *d. tit. ff.*  
*d. eo quod. cert. loc.* Sic tamen, ut iudex suo arbitrio uti-  
 litatem loci adjecti æstimet, atque sic reum, vel majoris,  
 vel minoris condemnet vid. B. Lauterb. *ad Tit. de eo*  
<sup>14</sup> *quod cert. loc. Brunnem. ad l. 19. §. 4. d. judic. n. 25.* Quod  
 si



si nullus certus locus solutioni sit adjectus, tunc in loco contractus, qualis censetur locus rei gestæ debitor forum sortitur post *Carpz. part. 3. decis. 216.* Brunnem. *ad l. contraxisse ff. d. O. & A.* Nimirum, loco solutio-<sup>15</sup> nis non determinato, contrahentes in illum censentur consensisse locum, ubi negotium gessere & pacti fuerit. *Carpz. d. l. n. 20.* unde Mercator quidam Hamburgensis, in literis campforiis Lipsiæ datis, atque perfectis, certam pecuniæ summam solvere promisit, cum vero effectus promissio haud responderet, creditor in nundinis Lipsiensibus, arrestum contra ejus personam efflagitabat, ex edicto Electorali, quo Lipsiæ mercatores non solventes, arresto personali ad hoc adigi & cogi possunt, opponebat mercator, solutionem Hamburgi faciendam, nec sese Lipsiæ solutionem promississe, cum nec ibidem domicilium haberet: instabat creditor, solutionem Lipsiæ, ubi literæ campforiæ datae faciendam: pro quo Scabinos Lipsienses pronunciaffe refert. *Carpzov. d. l.* Seid ihr A. B.<sup>16</sup> welcher sich anjetzo allhier zu Leipzig befindet, obgedachter Schuld halber in Verbleibung endlicher Bezahlung oder genügsamer caution, nach Inhalt Chursfl. Sächs. Markt. Rescript. de anno 1621. anhalten zu lassen gemeint: Wann nun gleich er vorschügen wolte, er wäre allhier nicht, sondern zu Hamburg sesshaftig, demnach auch daselbst der locus destinatae solutionis und möchte er dahero zu Leipzig nicht belangt werden; dieweil aber annoch der Wechsel-Brief, welcher vor einen contract in scriptis celebrirt zuhalten, allhier gegeben, eines andern loci solutionis drinnen nicht gedacht ic. so seid ihr auch deswegen allhier wider ihn zu klagen, und das Markt Rescript zu urgiren wohl befügt. B. N. B. Pro.<sup>17</sup> cedit

cedit hæc sententia, quod locus rei gestæ pro loco contractus in ordine ad competentiam fori sit habendus, licet alibi Instrumentum sit scriptum Carpzov. *part. 3. d. 216. num. 12.* probationis scilicet gratia, Salicet. *Matth. de Afflict. Anton. Faber. lib. 4. c. tit. 15. d. 23.* Brunnem. *ad l. 3. ff. de bon. auct. jud. poss. in fin. Et ad l. 21. ff. de O.*

19 *Et A.* Quia, si probationis tantum gratia instrumentum sit confectum, tunc nihil decedit naturæ negotii gesti, sed scriptura tantum faciat ad faciliorem probationem. *l. 39. ff. de O. Et A. l. 4. ff. d. fid. Instrum. l. 4. ff. de pign. & consequenter non ad locum scripturæ respiciendum, sed rei gestæ. Carpz. lib. 2. respons. 29. num. 8. 9.* Brunnem. *ad l. 19. §. 2. ff. d. jud. num. 18.* secus si convenerit, ut in scriptis celebraretur contractus, Brunnem. *d. l. Carpzov. d. l.* tunc enim non quidem locus scriptionis, sed literarum receptionis attenditur post. Bald. Zanger. *tr. de except. p. 2. c. 1. n. 11.* Berlich. *p. 1. d. 37. num. 1. 2. 3.* Brunnem. *ad d. 19. §. 2.*

20 *d. Iud. n. 18.* Vnde si quis Romæ per nuncium vel epistolam, fundum vendit alicui Bononiæ existenti, contractus Bononiæ intelligitur celebratus, ut ibi forum fortiaur, quoniam ibi consensus utriusque vere conjungitur, neque inspicitur locus a quo nuncius vel epistola dirigitur, sed ad quem dirigitur, & in quo contractus perficitur Berlich. *p. 1. dec. 37. n. 5.* Ex quo est, quod in cambio locus contractus dicatur, non ubi literæ campforiæ *der Wechselbrief* (quæ pro negotio in scriptis celebrando habentur Carpzov. *d. l. num. 12.* & in præjud. ibi: *der Wechselbrief, welcher vor einen Contract in scriptis celebrirt zu halten*) sunt scriptæ, sed ubi receptæ; Sunt quidam qui putant, quod si convenerit, ut

non

non aliter valeat negotium quam si in scriptis factum pro loco contractus habendum ubi scriptura confecta est: sed hoc falsum esse patet ex antea dictis. Quid enim si Notarius, vel alius, cui ut negotium in scripturam redigeretur demandatum, non in loco contractus vel rei gesta, sed alibi degeret, & instrumentum a partibus deinceps subscriptum conficeret? sane hic ad locum negotii gesti potius, quam ad locum instrumenti desuper facti respiciendum, nullatenus dubitaremus. Namque alias constat, quod extra casum, quo de loco destinatae solutionis expresse convenit, locus rei gesta attendatur non solum in quaestione ubi quis forum foriatur, sed etiam quoad ceteros alios effectus, hic locus potius attendatur, in quo verba contractus fuerunt prolata. Vnde mandatum ubi contractum est, locus contractus non est, ubi mandatum quis dedit, sed in quo loco mandatum executioni mandatur. Brunnem. *ad l. 19. §. 3. ff. de judic. n. 25.* Barbof. *ad l. 19. & apud Lubeonem. 20. d. judic.* Illud certum est, non aliter dici contractum, quam ubi utriusque mutuus consensus intercessit. *l. consensu §. 1. ff. de O. & A.* nec enim alibi potest dici contractum, quam ubi utraque pars consensisse creditur. Wagnereck. *ad tit. n. 2. VI. 22* terius illud excutiendum, si contractus uno in loco sit initus, & alibi confirmatus, quis dicatur locus contractus; existimandum primo intuitu ad locum confirmationis esse respiciendum, ex eo, quod confirmatio faciat, ut quod ante imperfectum erat, perfectionem suam accipiat. *arg. c. 1. §. fin. X. de transact.* Gail. *2. obs. 1. num. 18.* sed contrarium verius est, per tradita. Brunn. *ad l. 2. §. 3. ff. de judic. l. 19. §. 2. eod. n. 18.*

D

Gail.

- Gail. *lib. 2. obs. 1. num. 4.* Petr. Barbof. *ad l. 2. §. 3. de judic. n. 147.* nimirum confirmatio, non innovat negotium. *c. 1. de confirm. util. §. inutil.* aut novi aliquid
- 24 *dat. c. inter dilectos 1. X. de fid. instrum.* sed natura confirmationis est addere robur confirmato, non illud extendere *l. Aurelius 28. §. testamento. 5. ff. de lib. leg.*
- 25 late Barbof. *locupl. l. 3. c. 40. n. 20.* Procedit hæc sententia etiam si contractus, confirmatus a Principe, qui ante nullus sit. Illud nihil refert, cujus generis & qualitas sit negotium, quod gestum esse dicitur. Itaque in loco contractus seu rei gestæ convenitur quoad contractus reales debitor, qui mutuum accepit, & sine
- 26 adjectione loci sese ad illud restituendum obligavit,
- 27 commodatarius, depositarius, creditor, qui rem commodatam, depositam, sibi que obligatam acceperunt;
- 28 in verbalibus promissor, qui stipulanti, quod in stipulationem est deductum promisit: in literalibus, debitor, qui spe futuræ numerationis, chirographo dato confessus est se pecuniam accepisse, quam non accepit, seseque ad ejus restitutionem obligavit. *l. 14. §. in*
- 29 *omni. C. de N. N. P.* in consensualibus emtor ad pretium, venditor ad rei traditionem, & præstanda ea, quæ ex natura contractus sunt præstanda: conductor ad mercedem, locator ad usum rei concedendum; socius socio ad personales præstationes, Carpzov. *l. 2. resp. 29. n. 2.* Mandatarius mandanti ad mandatum exequendum; & hic illi ad impensas refundendas.
- 30 Similiter in quasi contractibus Carpzov. *lib. 2. resp. 29. num. 2.* negotiorum gestor domino, & hic vicissim ad indemnitatem præstandam: in communiione socius socio ad personales præstationes, qui indebitum accepit,

pit, ad indebitum restituendum in loco quo accepit licet non sit ejus forum. *l. 27. de cond. indeb.* M. Steph. *de Iurisd. lib. 1. c. 29. num. 30.* Carpzov. *lib. 2. resp. 29. num. 3.* Pariter nil refert, an sint nominati, an innominati contractus. Steph. *de Iurisd. l. 2. c. 29. num. 2.* Bonæ fidei an stricti juris. Mæv. *de Arrest. c. 12. n. 10.* Illud speciale habet *1. Tutelæ Administratio*, quod rationes ibi sint reddendæ, a tutore, non in loco ubi tutela demandata fuit, sive imposita: sed in loco administrationis, & coram eo iudice, sub quo tutelam vel curam gessit *tot. tit. C. ubi de ratioc.* ibique Brunn. Carpzov. *lib. 2. resp. 33.* pone enim tutori cuidam hic Tubingæ, tutelæ administrationem commissam, quam tamen non hic, sed alibi administravit? Sane, utut alias locus contractus vel quasi, non postremus sit forum fortiendi modus. Vulrej. *ad l. 1. n. 10. C. d. Iurisd.* Carpzov. *d. resp. 33. num. 7.* Attamen tutela hoc speciale habet, quod ubi de rationibus reddendis agitur, ad locum administrationis provocari possit. *d. l. 1. C. ubi d. ratiocin. l. 54. §. 1. ff. d. procur. l. 54. ff. d. judic.* quod nempe eo in loco, ubi gesta est tutela vel cura, & instructio sufficiens, & nota testimonia, & verissima possunt documenta præstari, uti ratiocinantur Imperatores HONOR. & THEOD. *in l. nempe post. depositum C. ubi d. ratiocin.* Et quanquam hanc legem usu antiquatam scribat non tantum Vult. *ad d. l. 1. C. ubi de ratioc.* nec non Græneweg. *d. ll. abrogat. ad h. l.* ubi dicit Batavorum & Gallorum moribus tutorem teneri rationem reddere, apud eum iudicem, qui eum tutorem nominavit & vocavit, quamvis alio loco tutela gesta esset: consuetudo tamen generalis, in contrarium

- hactenus nondum probata, nec Senatuum appellatio-  
nis id credidisse, sed eo non obstante, pro validitate di-  
ctorum textuum pronuntiasse testatur Carpzov. *d. l.*  
*num. 23.* ubi tamen recte docet, errare eos, qui tit. h.  
dispositionem etiam ad rationum editionem, nimis li-  
beraliter extendunt. *num. 21.* in eo vero Carpzov. ad-  
stipulari non possumus, quod ipse Vultejum secutus,  
hoc ipsum ad contrariam tutelæ actionem extendit.
- 34 Quæ de tutore vel curatore sunt dicta, in quovis alio  
privato administratore negotiorum v. c. procedunt  
Carpzov. *lib. 2. resp. 33. num. 13.* Franzk. *lib. 1. R. 26.*
- 35 Brunn. *d. l.* generalis enim est inscriptio istius tituli de  
ratiociniis tam publicis quam privatis, lex itaque ge-  
neraliter loquens, generaliter est intelligenda. per vul-  
gat. Deinde in *l. 1. C. d. l.* dicitur, quod qui ex quocun-  
que alio titulo res administravit, in loco administratio-  
nis respondere teneatur, quæ generalis conceptio  
nullam restrictionem admittit, maxime cum ratio  
supradicta, quod scilicet in loco administrationis  
faciliores sint probationes *l. 2. C. d. l.* sit gene-  
36 ralis. Quamvis enim de eo dubitet Petr. Bar-  
bos. *ad l. 29 §. 1. ff. de judic. num. 74.* ubi principaliter ad  
utilitatem publicam respexisse Imp. *d. l.* addit Steph.  
*d. juris d. lib. 1. cap. 29. num. 37.* Zanger. *de except. part. 2.*  
37 *cap. 1. n. 77.* Id tamen ex adductis textibus evincitur  
nequaquam. add. Brunn. *d. 1. n. 45.* Hujusque legis  
dispositionem adeo generalem putant nonnulli, ut  
38 etiam Clericus, qui administrationem aliquam publi-  
cam secularem coram seculari iudice acceptavit, co-  
ram ipso seculari iudice forum sortiatur, post Munoz,  
*d. Escobar. d. ratiocin. cap. 7. num. 8. & seqq.* Brunnem.
- ad

ad dict. loc. n. 7. maxime si sui lucri causa acceptavit  
 administrationem, arg. l. 36. in fin. ff. de judic. in verbis  
 cum sua sponte sibi hanc obligationem contraxerit.  
 Gail. 1. O. 37. Vnde, & Scholarum hac in parte privi-  
 legium cessare, & Professorem, si in loco Academiae,  
 alicujus civis oppidani tutelam administraverit, privi-  
 legio se tueri non posse, tradit Brunnem. d. l. in fin. Sed, 39  
 an ea quæ dicta sunt, exclusivè sint intelligenda, ita ut  
 tutor, negotiorum gestor, tantum in loco administra-  
 tionis conveniri queant, an vero in actoris positum sit  
 arbitrio, eosdem in loco administrationis, posito, quod  
 ibi faciliores probationes ad reum convincendum ha-  
 beri possint, an vero in loco domicilii convenire velit?  
 Dd. passim textus in l. 1. C. ubi de ratioc. l. 45. ff. de ju- 40  
 dic. & alios accipiunt exclusivè. vid. Carpzov. d. Resp.  
 33. Vnde hunc casum specialem notant aliqui, quod  
 in civilibus locum habeat remissio, & reus sese in loco  
 administrationis sistere teneatur. Sed cum Brunnem. 41  
 ad d. l. 19. §. 1. nos contrariam sententiam veriorē  
 arbitramur, nempe, quod illi textus nullam necessita-  
 tem imponant actori, quasi tantum in loco administra-  
 tionis gestorem convenire debeat, sed quod reus vo-  
 catus, ad hunc locum, ibi respondere teneatur; nec  
 exceptionem incompetentiæ fori allegare possit; unde  
 melius forte sentiunt, qui electionem actori tribuunt,  
 nempe quod possit in loco administrationis gestorem  
 convenire, sed non teneatur. Wes. in tr. posthum. ad tit.  
 C. ubi de ratiocin. num. 1. Quid enim, si, quem casum 42  
 proponit B. Brunn. d. l. n. 7. gestor in loco admini-  
 strationis non reperiatur? pone enim aliquem tute-  
 lam administrasse in Gallia, sed propter religionem

ejectum, domicilium transtulisse in Hollandiam? Certe, juxta communem Dd. sententiam non potuit conveniri in Hollandia, sed in Gallia, ubi administravit, sed quia fieri potest, ut ille nunquam in Galliam revertatur, eveniret facile ut nullibi conveniri posset; quod non admittendum. Dicendum itaque, uti supra, in actoris esse arbitrio, quo loco eum convenire velit. Weseñb. *Tit. c. ubi d. ratioc. num. 1.* Groeneweg. *ibid.* Brun. *d. l. 19. n. 10.* Et non aliter in loco administrationis eum teneri, quam si ibidem reperiatur, adeo ut contra absentem nec in contumaciam procedi, nec ob contumaciam mulctari possit. Si itaque in loco domicilii eum convenire velit, ibi respondere reus teneatur, dummodo ex loco administrationis adferantur libri rationum, omniaque alia ad rationes necessaria munimenta. Groenew. *d. l.* atque ita in Ultrajectina Curia judicatum ex Montan. *d. tutel. c. 39. num. 218.*

43 tradit idem. Quis autem dicatur locus administrationis explicat Brunn. *ad l. 19. ff. de judic. n. 13. v. g.* Tutor, qui domicilium Tubingæ habet, hic quoque tutelam administravit; sed nomina pupillaria exegit alibi v. c. Reutlingæ, sane non Reutlinga erit locus administrationis, sed Tubinga. Deinde heredem, quamvis hereditatem adeat in certo loco, sicque adeo per aditionem hereditatis, quasi contrahere cum legatariis ad legatorum præstationem videatur. §. 5. *Inst. de obl.*

45 *ex quasi contract.* legatariis tamen in loco aditionis, s. quasi contractus respondere non cogendum, sed in loco ubi major pars hereditatis sita est ex l. fideicommissum 50. *ff. de judic.* tradit Petr. Barbof. *ad l. 19. princ. ff. de judic. num. 33. & seq.* sed aliter hanc legem explicant



cant alii, nempe quod heres ob fideicommissum con-  
 ventus, in loco domicilii non quidem possit declinare  
 iudicium, idque propter *d. l. 50. §. 2.* ubi ita JCtus:  
*sed & rescriptum est, ut illic fideicommissum petatur ubi domi-*  
*cilium heres habet; sed non teneatur ibi præstare lega-*  
*tum, sed in loco, ubi major pars hereditatis est, sicque*  
*adeo electio loci solutionis sit penes ipsum heredem*  
*post Hillig. in Donell. lib. 17. cap. 13. lit. c. Brunn. ad d.*  
*l. 50. d. judic. n. 1. §. 2. Idem sentit Paul. de Castro. ad 45*  
*d. l. fideic. 50. ff. de judic. §. fin. num. 2. Verum enim*  
 vero, nos B. Brunn. sententiam procedere putamus,  
 quando heres convenitur pro legato, in loco ubi ma-  
 jor pars hereditatis est, res vero legata in specie in  
 alio loco est. Tunc enim, non opponitur exceptio  
 petitioni legati, quæ congruo loco petitur, *l. un. C. ubi*  
*fideic. d. l. 50. pr. ff. de judic.* sed executioni sententiæ,  
 quasi legatum, sit præstandum eo loco, ubi erat tem-  
 pore mortis *arg. l. 38 l. 49. de leg. 1. Barbosa. ad d. l. 19.*  
*pr. de judic. num. 74.* de cætero Barbosa sententia ve-  
 rior videtur, quod non executioni, sed legati petiti- 47  
 oni nempe si in loco aditionis petatur legatum opponi  
 possit exceptio. Quæ sane sententia optime fundatur  
*in d. l. 50. ff. de judic.* in verbis: *ut ibi petatur fideicom-*  
*missum, quæ verba non executionem legati, sed ejus-*  
*dem petitionem inferre, nemo non videt. quo facit l.*  
*un. C. ubi fideic. per. oport.* ubi IMPER. SEVERVS ET  
 ANTONINVS rescipserunt: *Fideicommissum ibi peten-*  
*dum, ubi hereditas relicta est; Sicut vero rubr. tit. &*  
*ejusdem nigrum, non loquuntur de legati executione,*  
 sed præstatione: ita etiam *in d. l. 50. pr.* non de lega-  
 ti solutione, sed petitione agitur. Quanquam vero  
 B. Brunn.

B. Brunn. *ad l. un. C. ubi fid.* scribat: *Dd. confundere duas  
 48* *questiones 1. ubi fideic. vel legatum peti debeat, 2. ubi sol-  
 vi debeat, de qua ultima agatur in d. l. un.* Attamen  
 vir alioquin perspicacissimus sibi ipsi contrariatur nam  
 in *l. un. C. ubi fideic.* hæc habentur verba: *nam potest  
 etiam peti legatum ubi major pars hereditatis,* adeo ut  
 heres alibi conventus ad illum locum provocare pos-  
 49 sit; Si autem provocare potest ad illum locum, tunc  
 sane consequens est, quod iudicium declinare non pos-  
 sit, quod tamen voluit idem *ad l. 50. pr. ff. de jud. num.  
 12.* Heres itaque hereditatem adeundo, sicque adeo  
 quasi contrahendo cum legatariis *§. 5. Inst. de obl. ex  
 quasi contract.* in loco aditionis s. quasi contractus, ad  
 legata præcise ibidem præstanda compelli non potest,  
 49 sed vel in loco ubi major pars hereditatis sita est, vel  
 in loco domicilii conveniendus *l. 50. §. ult. ff. de iudic.*  
 vel alibi, præprimis si testator alio loco fideicommis-  
 sum vel legatum præstari voluerit. *d. l. 50. pr. & fin.  
 de iudic. l. 52. §. 1. ff. eod.* Barbof. *ad l. 19. pr. de iudic.*  
 50 *n. 46. & seqq.* nisi 1. exceptionem fori ex *l. 50. pr.* com-  
 petentem omiserit. *l. 52. pr. ff. d. iudic. 2.* Si heres  
 sponte sua solvat aliquod legatum, in loco, in quo com-  
 petebat ei prædicta fori exceptio: pro qua sententia  
 adducitur textus *l. ult. in fin. ff. d. iudic.* vid. post plu-  
 res alios Petr. Barbof. *ad l. 19. pr. ff. d. t. num. 68.* sed  
 ex hac l. non probatur hæc exceptio; nam ibidem  
 non dicitur, quod si heres solvit unum legatum in cer-  
 to loco, cogatur omnia alia legata solvere eodem loco,  
 sed potius quod si hæres incipiat legatum solvere, scil.  
 tradendo illius partem, cogatur in eodem solvere lo-  
 co, illud integraliter. Barbof. *d. l. n. 12. §. 27.* Illud plane  
 certum

certum est, quod heres conveniatur in loco, ubi major pars hereditatis sita est, quamvis res in specie legata in alio sit loco, tunc exceptio fori non opponitur quidem petitioni legati, quæ sit congruo loco, sed solutioni, quasi legatum sit præstandum in eo loco, in quo erat tempore mortis defuncti. *l. 52. §. 3. ff. de judic. add. l. 38. eod.* scilicet hæc videtur mens fuisse testatoris ut præstetur, in quo fuit tempore mortis, *arg. l. 47. pr. de leg. 1.* Deinde multum interest, an res certa in specie sit legata, an vero quantitas. Si prius tunc sive actione personali ex testamento, seu in rem actione petatur legatum, peti potest ibi, ubi res est. *l. 38. ff. de judic.* vid. tamen Barb. *d. l. 19. pr. num. 40.* Si quantitas petitur legata, certum est, quod nec hic locus additionis sit locus congruus, sed ubi tunc peti potest? Resp. Jctus *in d. l. 38.* quod ibi dari debeat, ubi petitur; Quæ verba obscura sunt, quoniam si in loco additionis petatur quantitas, an non actori opponetur exceptio declinatoria *ex l. 50. pr. ff. de judic. l. un. C. ubi fid. per.* Vnde cum *Gloss. h. l.* accipienda de loco congruo, in quo videlicet heres sortiebatur forum, vel scilicet ubi vel major pars hereditatis & *d. l. 50. pr. ff. de judic.* vel in loco domicilii *d. l. 50. §. ult.* Illud tamen certum est, si tanquam certum corpus legata sit quantitas vid. *l. 108. §. 8. d. leg. 2.* quod peti debeat in loco ubi res est. Barbos *ad l. 19. pr. ff. de judic. n. 8.*

## CAPUT V.

## EXHIBET SVBIECTVM HVIVS FORI.

## SVMMARIA.

Coram hoc foro conveniuntur con-	Qui nec natura impediuntur nec
trahentis.	LI. prohibentur.
I	E
	Nec
	2

Nec illi solum, sed & illorum heredes.	3	venæ.	21
Etiamsi privilegium habeant.	4	Nec de Jure Canonico.	22
Ratio.	5	Quid si de fuga sit suspectus.	23
Sive privilegium sit commune, seu proprium.	6	Pro advena non habetur qui periculum habet.	24
Alii aliter sentiunt.	7	Declaratur superior regula de advenis.	25
Quorum sententia refellitur.	8	Quid si cum Advena contrahens ejus conditionem ignoravit.	26
Ratio decisionis.	9	An scientia vel ignorantia præsumatur.	27
Et si ibidem non reperiat.	10	Interdum contrahentis personam ignorare licet.	28
Intellectus. l. 19. pr. d. judic.	11	Quando fides cum advena habita, teneatur?	29
Declaratio.	12	Quando fides de precio habita non censetur.	30. 31. 32. 33. 34. 35.
Præjudicia Francof. & Tub.	13	Quando habita censetur.	36. 37. 38.
Refellitur distinctio inter judicium captum.	14	Uterius quando Advena teneatur, exponitur.	39
Explicatio l. 34. ff. de jud.	15	Quid de eo qui prom. sese sistere.	40
Quid si contrahens non reperiat ibi.	16	Quid si periculum evictionis statim imminet.	41
De Jure Civili idem dicendum.	17	Quid de cliente respectu Salarii.	42
Secus de Jure Canonico.	18		
Moribus comprobato.	19		
Præsentes itaque hoc forum fortuntur.	20		
Præsentium loco non habentur Ad-			

<sup>1</sup> Illud sunt contrahentes, late, ubi dictum contractus  
<sup>2</sup> vocabulo sumto, qui videlicet nec contrahere natura impediuntur, nec LL. prohibentur, quæ generatim, transeant. Neque contrahentes tantum, sed &  
<sup>3</sup> illorum heredes. l. 19. pr. ff. indic. Heredem namque in loco defuncti conveniri posse certum est: licet ex sua persona alibi forum habeat, nulloque privilegio  
<sup>4</sup> excusari. Jctus statuit in d. l. 19. Succedit enim in universum jus defuncti, ejusque personam active & passive repræsenteat, ac proinde obligatio defuncti in persona heredis non mutatur, neque exinde deterior fit actoris conditio l. 2. §. 2. de V. O. Nec distinguendum, inter privilegium commune LL. publicis certo ordini

ordini concessum, v. g. Studiosorum, Clericorum:  
 & proprium, speciali scil. diplomate, & ex gratia vel  
*merito alicui concessum, corpori juris non inclusum,*  
 uti nonnulli existimant. Vnde Clericum Laico suc-  
 cedentem non posse ex hac *l. 19.* coram iudice Laico  
 aliter conveniri, nisi contra defunctum Laicum iudi-  
 cium captum sit, plerisque visum post Covarruv. *P.*  
*P. q. c. 8. n. 4.* Gail. *1. O. 37. n. 8.* Mynf. *3. O. 45.* Boer.  
*decisf. 69. n. 31.* Henr. Zoef. *in comm. ad tit. decret. de for.*  
*comp. num. 28.* Verum generalia sunt verba legis, *nul-*  
*loque proprio privilegio* nec admittunt hanc interpreta-  
 tionem post Vincent. d. Franch. *decisf. 234.* Donell. *lib.*  
*19. c. 11. §. ibi Hillig. lit. c. Brunn. ad d. l. 19. pr. num. 3.*  
*Barbos. ad l. 19. num. 99.* Heres enim in hac materia  
 non consideratur ex propria persona, sed ex persona  
 defuncti, quem repræsentat, ergo, cum convenatur  
 tanquam repræsentans defunctum, non poterit uti  
 proprio privilegio etiam ex dispositione Juris commu-  
 nis competenti. Qua ratione Clericus succedens Lai-  
 co, tenetur coram iudice seculari respondere, coram  
 quo defunctus etiam conveniri potuit. *P. Barbos. d. l.*  
*19. n. 104. & mult. seqq.* Prædicta haud dubie vera  
 sunt, si heres in loco defuncti reperiatur: at si non re-  
 peritur? tunc multi distinguunt: an defunctus sit ci-  
 tatus an vero non; si sit citatus, heredem quoque etsi  
 non reperiatur conveniendum, secus post. casu vid.  
*Barbos. ad d. l. 19. pr. n. 7. 8.* sed hoc non obstante di-  
 cendum quod conveniri possit in loco defuncti, etiam  
 si ibidem non reperiatur. *Brunn. d. l. 19.* *Barbos. d. l.*  
*n. 9.* *Frantz. in Comm. ad tit. de judic. Strauch. disp. 21.*  
*th. 14.* Nam ratio hujus rei est unitas personarum  
 E 2  
 quæ

quæ est inter defunctum & heredem, quæ facit, ut eodem modo conveniri possit heres, quo defunctus, & consequenter, quod poterit conveniri in loco domicilii defuncti, licet ibi non reperiatur Barbof. *d. l. Sed contrariæ sententiæ videtur opitulari textus in l. 19. pr. ff. de judic.* ubi hanc distinctionem videtur approbare J. C. nempe *quod heres absens ibi conveniendus sit, ubi defunctus debuit.* & consequenter quod poterit conveniri in loco, in quo defunctus potuit; quamvis heres in eo non reperiatur: & tamen statim subjicit, quod heres possit conveniri in loco in quo defunctus debuit, modo ibidem reperiatur: Nam hujus L. hic est sensus: quod heres absens a loco, in quo defunctus debuit, in eodem loco defendi debeat; quod si heres reperiatur in loco, ubi defunctus debuit, conveniri debeat: & hoc in effectu vult lex: quod heres tam absens, quam præsens conveniendus sit in loco defuncti. Vnde verbum conveniendus, proprie refertur ad præsentem in loco iudicii, in quo conveniri debet: <sup>12</sup> verbum defendendus ad absentem. Si itaque heres sit absens a loco, in quo defunctus conveniri poterat, procedendum contra eum, tanquam contra contumacem, & consequenter si absens sit a loco defuncti, procedi contra eum tanquam contra absentem & contumacem, ut poterat procedi contra defunctum. Barbof. *d. l. num. 11. Et seqq.* jam vero sicut contra absentem & contumacem defunctum proceditur per missionem actoris in bona contumacis. Zanger. *de except. p. 2. c. 1. num. 63.* ita etiam contra heredem absentem & contumacem. Brunn. *d. l. num. 4.* ubi Anno 1662. ita pronuntiarum refert, & ita quoque in Facultate Juridica Tubin-

Tubingensi iudicatum Anno 1662. M. Novembr. ad requisitionem dñi H. Richters zu Stuttgarten, in causa Hans Jacob Schropp, contra Augusti Wofels & W. Cammeraths, beyde Söhne, Christoph Jacob Zeugwarten zu Straßburg, & Augustum Fridericum, dñi Rathis zu Hailbronn, &c. ubi neglectis reorum ex propria persona privilegiis, & exceptionibus fori declinatoriis iisdem litis contestationem cum comminatione impositam a Magnif. D. Præside accepi. Neque approbanda illa distinctio Dd. inter iudicium cum defuncto susceptum & non susceptum, quasi illic demum heres absens conveniri possit, non autem hic. Quamvis enim hoc de Jure communi velint nonnulli ex *l. si is qui Romæ. 4. ff. de judic.* defendere. Vnde pupillos & viduas, in foro defuncti non aliter teneri, quam si iudicium cum defuncto fuerit susceptum existimant vid. Barbof. *d. l. num. 20.* attamen ratio hujus decisionis uti supra dictum, non est lis cœpta, sed unitas personarum inter defunctum & heredem. *ad l. 34. resp.* Barbof. *d. l. num. 22.* quam sententiam ceu veriozem defendunt post Donell. *lib. 17. c. 11. Zæf. in comm. ad tit. n. 79.* Franzk. *d. l. n. 9.* Barbof. *d. l. num. 20.* Brunn. *ad h. l. num. 5.* Quid vero dicendum, si contrahens in loco contractus non reperiatur, an nihilominus ibidem conveniri possit? Si ad *lvs CIVILE* respiciamus, dicendum, quod contrahens ibidem conveniri possit, sive reperiatur sive non: quam sententiam probat *l. 19. §. 1. ff. de judic.* ubi ita Jctus: *Si quis tutelam, vel curam vel negotia, vel argentariam, vel quid aliud, unde obligatio oritur certo loco administravit, et si ibi domicilium non habeat, ibi se debet defendere, deinde in*

- Nov. 69. pr. §. 1.* generaliter dicitur, quod locus contractus sit modus fortiendi forum, nec distinguitur, an contrahens ibidem reperiat an non, lege autem non distinguente, nec nostrum est distinguere B.
- 18 D. Struv. *ad tit. ff. de judic. n. 40.* Verum hæc sententia de Jure Canon. non procedit, sed qui absens citatus ad locum contractus, ibidem comparere non tenetur *c. 1. vers. contrahentes X. de for. comp. n. 6.* ibi: *ni si inveniatur ibidem, trahere coram se non debet inuitos.* Et ita Interpp. J. Can. communiter Mæv. *part. 1. decis. 239. n. 1.* Struv. *d. l. th. 40.* Quam sententiam usû hodierno comprobata testantur Dd. communiter, ita ut pro regula sit tenendum: quod contrahentes in loco contractus si ibidem non reperiantur, conveniri non possint. Carpzov. *lib. 2. resp. 30. num. 1. 2. 3.* Mæv. *de Arrest. cap. 12. num. 4. p. 1. decis. 239. num. 1.* Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 1. n. 14.* Gail. *2. obs. 36. n. 14.* Sichard. *ad l. 2. C. d. lurisd. n. 12.* Franzk. *lib. 3. resol. 11. num. 11.* Brunn. *ad d. l. 19. §. 2. num. 14. 18.* Christin. *vol. 2. decis. 264.* Greeneweg. *ad l. un. C. ubi conveniatur.*
- 20 Inspecta igitur Jur. Can. veritate, quam usus hodiernus comprobavit, præsentibus tantum in loco contractus conveniuntur; sed quinam pro præsentibus habeantur quæritur? respondet ad hoc Jctus *in l. 19. §. 2. ff. de jud. si ita præsens sit, non confestim de loco recessurus:* nam si vel pedibus iter faciens, vel equo transvehens, vel navigio prætervolans, locum in quo contractus celebratus, transeat, & sic veniat, ut statim discedat, licet ibidem prandium capiat, vel cœnam, eo in loco sese defendere haud debet, quia advena est, statim de loco discessurus, ut non immerito eodem privile-



vilegio, quo alii advenæ, quos statutis locorum non obligari constat, *Mæv. part. 2. decis. 260. num. 3.* confestim profecturi, frui debeat. *d. l. 19. §. 2. ff. de judic. Carpzov. lib. 2. R. 30. n. 6. Zcæl. in Comment. tit. ff. de judic. num. 73. Frantzk. lib. 2. resol. 11. num. 19.* Neque hoc Jur. Canon. mutatum: quamvis enim *c. 1. vers. contrabentes* generaliter loquatur, nec distinguat inter eum, qui confestim est discessurus, vel non: attamen J. Civ. standum tamdiu, donec contrarium fuerit probatum, nec mutatio in dubio præsumitur. *Carpzov. d. l. R. 30. n. 1. 2.* Sed quæritur si de fuga sit suspectus aut fraude? capi eum posse ad effectum satisfactionis in loco domicilii, tradit *Wagnereck. ad cap. licet. 20. X. de for. comp. pag. 245.* Deinde limitatur superior assertio in eo, qui in loco contractus non reperitur, habet tamen ibidem, pergulam, tabernam, armarium, officinam, *d. l. 19. §. 2. ff. de judic.* ubi J. Civ. priorem regulam generalem hac temperat distinctione, quod nim. hoc in casu jus evocandi domum non habeat, sive ipso cum Domino agatur, sive cum ejus Institoribus contractum fuerit. *Carpzov. 2. resp. 30. n. 8.* scilicet contrahens verisimiliter tunc ignorare potuit, eum statim discessurum, cum aliquandiu ibidem subsistere necesse habeat *Brunn. ad l. 19. de judic. n. 20. v. c.* vendidit advena mihi equum, cui ego pretium solvere, alter quoque tradere teneretur. *Zcæl. in Commentar. ad tit. ff. de jud. n. 73.* pariter dicunt, id non procedere, quando ea, quæ sunt de natura negotii statim expedienda. Item *Zcæl. in Comment. ad tit. ff. de judic. n. 74.* Advena igitur in loco contractus forum non fortitur, quoniam advena hujusmodi in itinere aliquid

quid vendens, animum non habuisse censetur, ut tot  
 locis, ubi diuerterat, in iudicio obrem venditam sum-  
 mo suo cum incommodo sese defendere, & ab itinere  
 cepto desistere velit, & creditor conditionem ejus re-  
 gulariter in contrahendo secutus videtur: arg. *l. 3. ff.*  
*d. SCt. Maced.* Frantzk. *lib. 2. R. 11. n. 19.* & maxime  
 26 quidem, si ejus intentionem sciverit. Frantzk. *d. l.* Sed  
 in dubio an scivisse ejus conditionem praesumatur qua-  
 ritur? regula quidem juris est, quod qui cum alio  
 contrahit, conditionem ejus, cum quo contrahit, sci-  
 re praesumatur. *l. 19. d. R. I.* unde qui cum advena  
 contrahit, scire praesumitur eum mox discessurum. Brunn.  
*ad l. 19. n. 16.* sed regula intelligenda de illa conditio-  
 ne, quae in sensus aut oculos incurrit: v. c. si quis cum  
 pupillo, furioso aut prodigo contraxerit: nam & aetas  
 pupillaris facile cognoscitur, & furoris indicia certa  
 sunt, & prodigo bonis interdicitur, ut proinde non  
 27 iusta sit hujus ignorantiae causa; sed sunt sane multi  
 casus, ubi, qui cum alio contrahit, conditionem alte-  
 28 rius ignorare quandoque potest citra fraudem; id est,  
 si contrahens publice pro eo habitus fuit v. c. pro pa-  
 tref. cum talis non esset *l. 5. pr. ff. ad SCt. Maced.* vel si  
 tempus aut locus non admittat plenius deliberandi con-  
 siliium, arg. *l. 1. pr. ff. d. Exer. act.* vel si specie falsa de-  
 ceptus sit, & ignorantia emtoris veniat ex dolo ven-  
 ditoris, ut in specie *l. 2. §. si pro pupillo ff. de act. emt. l.*  
*1. C. si min. se maj. dix.* vid. Menoch. *l. 3. praesumt. 88.*  
 Jacob. Gothofr. *ad d. l. 17. de R. I. in fin.* Sane his  
 omnibus in casibus praesumptio est pro creditore, quod  
 conditionem ejus, cum quo contraxit, haud sciverit,  
 & in dubio talis pro advena non habendus, maxime  
 si

si se ut civem gesserit post Kling. Vmm. *disp. 4. ad pro-*  
*cess. hb. 1. n. 5.* Franzk. *l. 2. Ref. 11. n. 19.* ad Alexand.  
*lib. 7. conf. 89. n. 2.* Deinde Advena in loco contra-  
 ctus forum sortitur, si contrahens cum eo illius fidem  
 secutus non fuerit, sed solutionem statim fieri volue-  
 rit, quo casu contra eum etiam per modum arresti  
 procedi potest, ut vel satisfaciatur, vel fidem det de sol-  
 vendo, post Bald. *ad rubr. C. d. revocand. his, quæ in*  
*fraud.* Matth. Stephan. *d. lurisd. lib. 2. c. 29. n. 26.*  
 Franzk. *lib. 2. Ref. 11. num. 20.* Illud vero in quæstio-  
 nem venit, quando fides de pretio censetur habita  
 vel non? sane in dubio fides de pretio non censetur  
 habita, ut nonnulli putant, quos refert B. Brunn. *ad*  
*l. 19. ff. d. C. E. V.* sed qui dicit hoc, probare illud tan-  
 quam fundamentum suæ assertionis debet. *arg. l. 10. C.*  
*d. N. N. P.* quod ex sola & simplici traditione non intel-  
 ligitur, *arg. §. venditæ. Inst. d. R. D. d. l. 19. ff. d. C. E. V.*  
 Item Zes. *in comm. tit. ff. de E. V. num. 8.* Secus quam  
 putant alii Mævius *p. 4. decis. 266. n. 4. item decis. 208. n.*  
*3.* Moller. *lib. 4. sem. §. 28. n. 8.* Christin. *vol. 8. dec. 75.*  
*num. 4.* Brunn. *ad d. l. 19. ff. d. C. E. V. n. 2.* Unde  
 non censetur fides de pretio habita, si quis alicui rem  
 in nundinis vendiderit. Domin. Gait. *de credit. qu. 10.*  
*c. 4. n. 1018.* Brunn. *ad l. 19. de C. E. V.* vel si quis dolo  
 alterum ad contrahendum induxerit. *arg. l. 7. ff. de dol.*  
*mal. l. 3. ff. de pign. act.* Carpzov. *p. 1. const. 28. d. 18.*  
*num. 4.* Mæv. *part. 6. decis. 193. num. 13.* Simon von  
 Levven *in censura for. l. 8. cap. 11. num. 20.* quod ex eo  
 desumitur, si Emtor tempore venditionis vel fuerit  
 solvendo Brunn. *ad l. 3. ff. de pignor.* aut post factam  
 venditionem fugam tentaverit. Gait. *de credit. quæst.*

F

11. c. 4.

34 *ii. c. 4. n. 12. 16. Berlich. p. 1. concl. 46. num. 74.* vel si  
*personæ ignotæ, & mox recessuræ res sit vendita. Mantic.*  
*de tacit. convent. lib. 4. tit. 21. in f. Brunn. ad l. 19. in f. ff.*  
*de C. E. V. aut talis sit res, pro qua pretium mox sol-*  
*vi consuevit. Barbof. in comm. ad l. 12. C. de C. E. V.*

35 *num. 4.* aut talis sit persona, quæ fidem de pretio non  
 potest habere. *Mantic. lib. 4. de tacit. convent. tit. 21.*  
*num. 6.* aut confessus esset, se accepisse pretium, quod  
 non accepit. *Vasq. contr. lib. 3. cap. 5. num. 1.* aut Em-  
 tor dixisset, se statim numeraturum præcium Grav.  
*lib. 2. conclus. 15. consid. 1. num. 12.* ac proinde omnibus  
 hæc casibus contra Advenam statim discessurum agi

36 potest. E contrario si fides de pretio habita sit, quod  
 inde præsumitur, si vel dilatio pretii solvendi concessa.  
*Paul. Bus. ad l. 19. ff. de C. E. V. n. 6.* etiam ad breve  
 tempus. *Wammes. cent. 3. conf. 1. n. 8.* aut cautio de  
 pretio interposita. *Brunn. ad l. 19. ff. de C. E. V. num. 3.*  
*Mæv. p. 4. d. 280.* quod tamen factum non censetur,  
 quando ut fidei iussores darentur placuerit, nulli vero  
 dati fuerint: aut emtori circa rem venditam tale quid  
 concessum, quod soli Domino competit. *Mæv. p. 4.*  
*d. 280.* vel si hypotheca sit constituta venditori. *Mæv.*  
*d. l. contrahens in loco contractus, moxque discessu-*  
*rus, non sortitur forum, sed contrahens ejus condi-*

37 tionem secutus videtur. Vnde e contrario sequitur,  
 quod Advena in eo loco, a quo statim est discessurus,  
 rem præsentem vendens, & pretium accipiens, aut  
 equum emens, ac pro illo paratam pecuniam promit-

38 tens, si v. c. emtor ex ædilitio edicto actione vel redhi-  
 bitoria vel alia: item si venditor emtorem ad pretium  
 consequendum convenire velit, ibidem tanquam in  
 loco

loco contractus agi possit. Matth. Stephan. *lib. 1. de Jurisd. c. 29. num. 26.* Wurm. *tit. 6. th. 18. §. 19.* Franzk. *in Comm. tit. de judic. n. 39. lib. 3. Ref. 11. num. 20.* Barbos. *ad l. 19. §. proinde num. 129. ff. de jud. quos refert B. Lauterbach. concl. for. 14. concl. 8.* quod hisce in casibus advena fori incompetentiam allegare possit nequaquam. Deinde non procedunt ea, quæ supra dicta de advena mox discessuro, aut de eo, qui in loco contractus non reperitur, si accedit aliquid, quod occasione contractus Reum loci istius veluti foro jam adstrinxit, tum enim etsi ibidem non reperitur, sistere tamen sese ibidem cogitur, quoniam & alienam Jurisdictionem prorogare & suo foro renunciare licet *arg. l. penult. C. de pact. l. 1. C. de jurisd.* hoc ipsum factum censetur, vel rei voluntate per specialem obligationem, quando nempe cautio iudicio sisti jam præstita est, aut Reus obligavit sese ad personaliter sistendum post Guidonem Papæ *decis. 61. n. 1.* Coler. *P. E. p. 2. n. 8.* Moller. *lib. 3. semestr. c. 30. num. 1.* Brunn. *ad l. 19. §. 1. ff. de judic. num. 16. vers. ubi arrestum est contra reum impetratum Mæv. part. 1. decis. 239. Brunn. d. l. num. 16.* reus enim semel arrestatus, foro sit subjectus, & si violato arresto abierit, iusta est contra eum prosecutio, donec se sistat, ideoque citari potest, & contra eum processus in contumaciam decerni *Mæv. d. l.* Pariter limitant suprad. regulam, quando statim imminet evictionis periculum. *arg. l. pen. §. 1. ff. de per. & com. R. V. l. 24. C. de evict.* Brunn. *ad l. 19. §. 1. ff. de jud. num. 21.* Idem dicendum de eo, qui reperitur in loco, in quem collata solutio, forum ibidem sortitur, licet mox recessurus, post Barbos. *ad l.*

42 19. *de judic. §. 2. num. 133.* Brunn. *ibid. num. 23.* Porro cliens mox recessurus, si cum alio litem habens, advocato patrocinium mandet, ad salarium *ibid.* tenetur. Brunn. *ad l. 19. ff. de judic. num. 23.*

## CAPITIS V.

## SECTIO I.

## QVID SI CONTRAHENTES HABENT PRIVILEGIUM.

## SUMMARIUM.

Forum fortiuntur contrahentes, licet privilegio muniti.	1	Clericis.	6
Ratio.	2	Præpomis A. C.	7
Exemplum.	3	Quid de Professoribus & Studiosis.	8
An in legatis id obtineat.	4. 5	Quid si extra Ducatum contraxerint.	9

**I**llud ratione contrahentium nihil interest, sit ne contrahens privilegio aliquo munitus nec ne. *d. c. dilecti 17. X. d. For. comp. c. 1. de privil. in 6.* Nempe, qui tempore contractus jam habuit privilegium, cujus intuitu alibi conveniri potuisset, contrahens alibi, videtur privilegio suo renuntiasse, quoad hunc effectum, ut in loco contractus conveniri possit. Barbof. *ad l. 2. §. legatis ff. de jud. n. 120.* Id. *ad l. 19. §. proinde ff. eod. num. 1. 2.* Vnde si civitas aliqua ita sit privilegiata, ne Incolæ loci alibi, quam in loco domicilii forum fortiuntur, sane non obstante talismodi privilegio alibi contrahentes ibidem forum fortiri, insuper habita a Magistratu loci privilegiati avocatione, tradit & præiudicio confirmat Carpzov. *lib. 2. Resp. 29. num. 14. 15.* ubi Civitatem *Noribergensem* ex privilegio quod habet,

bet, id aliquando frustra tentasse refert. Vnde Legatus, & qui alia de causa: v. c. testimonii dicendi, vel tutelæ causa alibi commorantur, propter contractum in loco legationis initum, forum sortiri certissimum est. *l. 2. §. legatis vers. cæterum ff. de iud. l. 24. pr. C. §. 1. ff. eod.* Barbof. *ad l. 2. §. legatis. num. 122.* De contractibus quidem ante legationem initis, adeoque si legatus tempore contractus non habuit privilegium, aliter quidem dicendum vid. infra. Sed quoad contractus, quos facit dum esset legatus, nullum habet privilegium. *d. l. 2.* CLERICOS porro quod concernit, constat, eos ex privilegio speciali forum sortiri, in quo articulo Jus Justinianicum nunc mire variasse constat. vid. Rittersh. *ad N. p. 1. c. 7. n. 80.* Mæstert. *de I. LL. Rom. lib. 1. dub. 28.* Sed potestati seculari tam in civilibus quam criminalibus illos exemit Pontifex Romanus, sibi que & Episcopis suis in eos Jurisdictionem tribuit, quod longius deducere nostrum jam non est. In terris Augustanæ Confessionis, quamvis Magistratui Politico omnino censeantur subiecti Carpzov. *de I. Eccles. lib. 3. defn. 3.* Gerhard. *loc. Theol. de Magistr. Pol. §. 44.* Nihilominus in illis etiam non tantum ipsæ personæ Ecclesiasticæ, quales sunt Pastores, Archidiaconi, Diaconi; sed etiam illorum liberi, uxores, adhucdum foro Ecclesiastico gaudent, ita ut vi illius personalibus actionibus conveniendi sint coram Ecclesiastico iudice, Superintendente, vel Consistorio. Christian. Weber. *de Iur. Consist. cap. 27. sect. 24.* Quid iraque de foro contractus judicandum? sane Clericos inspecta juris Canonici dispositione in loco contractus forum sortiri dubium habet nullum Matth. Steph. *de*

*Iurisd. lib. 2. c. 29. n. 2. Paurm. de Iurisd. lib. 2. c. 8. num. 39. Barbof. ad l. 1. de iudic. art. 3. num. 222. add. Wagnereck. ad cap. dilect. 17. X. de for. comp. Panorm. d. c. 17. num. 1. Alexand. lib. 7. conf. 29. Sed ad quem effectum, an ut tunc coram seculari iudice recte conveniantur, repugnat enim satis c. si diligenti. c. significasti extr. de for. compet. ex quibus probatur, quod nec expressa conventionione sese iudici seculari loci contractus subicere possit. Gail. 1. O. 37. n. 1. add. Barbof. ad l. 19. §. 1. ff. de iudic. num. 64. Et Dd. supra, qui de Episcopo loquuntur Paurm. d. l. Unde de personis Ecclesiasticis Augustanae Confessionis quaestio oritur: an non in loco contractus coram iudice non Ecclesiastico, sed seculari, si ibidem reperiuntur, forum sortiantur? Intactam hanc quaestionem plerique, qui de foro Ecclesiasticarum personarum scripserunt, relinquunt. vid. Carpz. Ipr. consist. lib. 3. defin. 3. §. mult. seqq. ubi a regula praedicta, quod Ecclesiasticae personae coram Consistoriis respondere teneantur, excipiunt actiones reales, nec non criminales, quando agitur de delicto atroci. add. Brunn. de Iurispr. Ecclesiast. lib. 3. cap. 1. Idem consil. 142. num. 9. & nonnullas alias Gail. 1. O. 37. Itaque videtur dicendum, quod exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, per vulgat. ne si propter contractum, persona speciali privilegio munita, in loco contractus indistincte forum sortiretur, privilegium quod habet hac ratione, nullius fere esset efficaciae, quia in realibus, & delectis enormibus nullo utuntur privilegio, per ea, quae ante sunt dicta. Venditorem tamen Clericum, quando ei per Laicum Emtorem in iudicio Evictionis lis denuntiatur,*



tur, coram Laico teneri venditorem defendere tradunt post alios Mynf. 1. O. 22. ubi ita in Cam. judicatum refert. Gail. 1. Obs. 37. num. 7. Cceval. Specul. opin. qu. 588. ubi hanc dicit communem. PROFESSORES in Academia cum tota familia eorum, Studiosi in Academia cum tota familia eorum, Studiosi in Academiis pro privilegio agnoscunt, quod exempti sint Jurisdictioni Magistratus oppidani, & speciales habeant judices vide Auth. hab. C. ne fil. pro patr. ubi Richt. B. Brunn. de Jurispr. Eccles. lib. 3. c. 1. §. 1. In Academiis itaque contrahentes cum Oppidanis, non alium habent judicem, quam privilegiatum, nempe in plerisque Academiae Rectorem. vid. Privilegia hujus Univerſitatis. §. So geben wir, ibi: ob aber ein Lay mit einem Magister oder Studenten zu schaffen hat, soll ihm der Magister oder Student antworten vor seinem Reſtor, und wird einem Studenten für unsern Amtmann gebotten, soll ihn der Amtmann zur Stund, und da diß an ihn gefordert wird, wieder weisen für seinen Reſtor, und wo er das nicht thäte, soll er sein Amt, und darzu hundert Gulden verlohren haben. Procedit hæc sententia, ut quibusdam in locis, uti hic, coram Rectore conveniri possiunt, etiamsi discesserint, & vel alibi studiorum gratia commorentur, vel in patriam fuerint reversi: Vnde inter alia juramenti capita, quibus se Magistratui Academico huc venientes studiosi obstringunt, hoc esse constat: Velle in jus vocatum propter contractus vel actus hic gestos comparere, Reſtori se præsentem sistere, & coram eodem causam dicere, quæ sane dubitationem habent nullam, quando studiosus in loco studii contraxit. Si alibi & extra hunc locum contraxerint, res sane majorem videtur

detur habere difficultatem; Namque obejusmodi contractus ante initos, eosdem in loco studii conveniri non posse post Cyn. Bart. Alber. *de Rosat.* Alex. Panorm. Johan. de Platea, Rebuff. Socin. tradit. Lud. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 1. num. 19.* Rebuff. *de priv. Scholar. pr. 120.* Multoque minus eorum pater, quando filium in loco studii visitat. Rebuff. *de priv. Scholar. priv. 77.* Studiosos equidem in hac Alma Eberhardina viventes (sub quibus etiam illos, qui in Illustri Collegio, quod hic est, commorantur, complecti, ob privilegia quæ habent communia, ex statutis Collegii constat) nulli equidem dubitamus, quod ob debita ex contractu venientia in hoc Ducatu, coram nullo alio iudice, quam Rectore aut Ephoro Illustri Collegii conveniri queant, idque arg. §. Wir wollen auch, und gebieten ernstlich allen unseren Bögten etc. ibi: ihn keimerley Schuld. Sed si extra Ducatum contraxerint, maxime caveant, ne ibidem deprehendantur, sin aliter, nullum sane contra Arrestum certum auxilium polliceri illis possumus; licet enim nonnulli sentiant, quod Scholaris ob contractus alibi initos, non nisi in loco studii conveniri possit post Felin. Berlich. *part. 2. decis. 253. num. 12.* aliter Bartol. *in l. heres absens. 19. §. 2. ff. de jud. n. ult.* id tamen sic intelligi possit, ne scilicet absens ob contractum alibi gestum, a iudice loci contractus vocatus sistere sese ibidem teneatur, sin ibidem reperiat, ipse videat, an solvere an alia ratione creditoribus satisfacere possit. Tandem illud ratione subjecti nihil interest, sive contrahens per se, s. per institorem contraxerit. Brunn. *ad l. 19. §. 3. de jud. n. 24.* Barbof. *d. l. n. 2.* ubi hoc ad Procuratorem quoque extendit.

## CAPVT VI.

DE OBIECTO FORI COMPET. RA-  
TIONE CONTRACTVS.

## SVMMARIA.

Objectum est illud ipsum quod in contractum est deductum.	1	In hoc foro agitur etiam ratione interesse.	4
Sive actio seu imploratio officii iudicis.	2	An ad rescissionem etiam. Diverſæ opiniones.	5 6
Etiam quandoque res quæ in contractum deduci non potest.	3	Noſtra opinio. Declaratur.	7 8. 9
		Distinctione.	10

**O**BIECTVM hujus fori est illud ipsum, quod in contractum (late uti dictum sumto vocabulo) deductum est, atque propter multitudinem ac varietatem negotiorum, vix certa regula determinari potest: quæ res ergo sunt objectum contractuum, illæ quoque res hujus fori objectum constituunt, sive actio sit, sive off. jud. Nob. imploratio Wagnereck. ad c. 1. X. d. pact. 2  
Nec etiam ratione hujus fori interest, sive de re contrahere liceat, sive non. Vnde sunt quædam res de quibus contrahere non licet, v. c. venenum malum, & non solum in hac universitate, sed & alibi libri improbatæ lectionis. vid. Statut. Vnio. renovat. p. 170. §. darneben zc. ibi: wie ihnen auch schändliche üppige Büchlein und Gemäld nicht allein allerdings verboten, sondern da auch dergleichen bey jemand gefunden, selbigen abgenommen wers den sollen: Si itaque de facto veneant, venditor in loco 3  
contractus forum sortitur, & amissione rei vel alia ratione punitur, d. §. add. l. 46. §. 2. ff. d. jur. fisc. Nec excusatur advena statim discessurus, quoniam præter contractum aliud quid causam huic foro dedit, crimen sc. contractui annexum, quod facit, ut licet inter  
G con-

contrahentes non fit nata obligatio, contrahens ta-  
 men Reipubl. teneatur ad pœnam. Jam vero  
 supra dictum, si accesserit aliquid, quod occasio-  
 ne contractus, reum loco istius veluti foro sistit, tunc  
 4 etiam advena teneatur. Præterea objectum hujus fori  
 non id tantum est, quod principaliter in contractum  
 est deductum, sed etiam id quod minus principaliter,  
 puta damnum & interesse ob moram non solventis vel  
 aliam causam, Barbof. *ad l. 19. §. proind. ff. d. judic. n. 7.*  
 5 Illud vero in quaestionem venit: si non ad implendum  
 contractum, sed ad ejus rescissionem agatur, an con-  
 trahens in loco quoque contractus forum fortietur?  
 6 Negant Bach. *ad τὰ πρῶτα tit. d. restit. in integr. cap.*  
*ubi coram quo pag. 963.* Barbof. *ad l. 19. ff. d. jud. num.*  
*14.* Franzk. *in comm. ad tit. eund. n. 33.* B. Lauterb. *con-*  
*clus. for. 14. ad lib. 5. tit. 1. concl. 9.* Sed affirmativam  
 defendunt. Franzk. *lib. 3. R. 11. n. 3.* Carpz. *in Process.*  
*tit. 2. art. 2. n. 9.* Hillig. *ad Donell. lib. 17. cap. 14.* Carpz.  
*lib. 2. resp. 29. n. 10.* Matth. Steph. *d. Jurisdic. lib. 2. c.*  
*29. n. 4. 5.* Strauch. *diss. ad t. Iust. 21. th. 16. quem sequitur.*  
 Thomaf. *in not. ibid. p. 289.* Scarlefall. *d. judic. tit. 1.*  
 7 *disp. 2. n. 189. Et seqq.* In tanta opinionum varietate,  
 quæ mens fit nostra, paucis dicendum, existimamus  
 itaque in eo convenire omnes, quod contractus, qui  
 forum hoc tribuunt, vocabulum, tam late sumatur, ut  
 etiam distractum complectatur, adeoque quando in  
 certo loco non quidem contractus est celebratus, sed  
 distractus, tunc quoad ipsum distractum distrahentes  
 in eo loco forum fortiri: ita in terminis. Petr. Barbof.  
 alioquin dissentiens *ad l. 19. §. proind. ff. d. judic. num. 14.*  
*in pr. Matth. Steph. d. Idic. lib. 2. cap. 29. n. 4. 5.* Franzk.  
*lib. 2.*

lib. 2. Ref. II. num. 4. ibi: imo in distractu quoque cuius in opposito eadem natura est locum habet. Hillig. ad Donell. Enucl. lib. 17. c. 14. lit. b. Vnde eum qui annuum redditum, certo loco se redempturum promisit, ibidem tanquam in foro contractus forum sortiri, & juxta illam moneram faciendam solutionem, judicavit Carolus d. Mean. observ. Leodienf. 422. Vnde si placuerit non solum, ut a negotio discederetur (de qua conventionem vid. l. 58. ff. d. pact. l. 1. l. 2. C. quand. lic. ab empt. disc.) sed & si ipso facto discedatur, ea quæ circa distractionem oriuntur lites, in loco distractus terminari posse persuasum habemus. Barbof. d. l. & multo magis, si certa obligatio ad illius resolutionem, & rei alicujus restitutionem sit contracta. Sic v. c. qui indebitum solvit, magis distrahere obligationem constitutam, quam novam contrahere intendit, & tamen locus ubi indebitum solvitur, est locus sortiendi forum. l. 27. ff. d. cond. indeb. vid. supr. th. Sed si ponamus contractum fuisse celebratum in certo loco, & tamen unum ex partibus velle agere ad illius rescissionem, & sic ad distractum, an in loco contractus possit agi? Quod negant in terminis Barbof. d. l. n. 14. B. Lauterb. concl. for. 14. concl. 9. nempe, cum hic non agatur de observantia contractus, sed magis de ejus dissolutione, non debere de hoc agi in foro contractus, sed potius actorem sequi debere forum rei: adducitur pro hac sententia textus l. 2. C. ubi est apud quem cognit. verba legis ita se habent: quoniam ea, quæ in transactione dari placuerat, te tradidisse proponis, consequens est, si de his repetendis per in integrum restitutionem, vel quamcunque aliam causam putaveris agendum, ejus adire te provinciæ præsidem,

*in qua domicilium habent, quos convenis.* Ex quo textu notant, quod minor se laesum dicens, quando rem vult repetere, petitionem, non in loco contractus, sed domicilii tantum instituire debeat, quod probant Brunnem. *ad d. l. 2. Mæv. part. 6. decis. 72. num. 1.* Sed recedunt alii ab hac opinione, existimantes, etiam si non ad observantiam contractus, sed ejus rescissionem agatur, fieri id posse in loco contractus: ita in terminis Franzk. *lib. 2. Ref. 11. num. 3.* Carpzov. *lib. 2. respons. 29. n. 10. Et process. tit. 3. art. 2. num. 9.* adducitur pro hac sententia textus *in l. 14. §. in omni C. d. N. N. P.* in quo confessus recepisse mutuum, potest in loco contractus opponere exceptionem non numeratae pecuniae, quae ex se tendit ad rescissionem mutui eo loco accepti, ex quo probant Dd. quod etiam in loco contractus agi possit ad rescissionem contractus, post Roman. Felin. *Decis. Curt. Covarruv. 1. V. Ref. 4. n. 1.* Caldar. *ad l. 3. C. de in integr. restitut. verb. implorandum. num. 30.* Communiter ad hunc textum respondent, quod ibi petatur rescissio non jure actionis, sed exceptionis, quae juxta sui naturam proponenda sit in loco excipientis, nam cum actor debeat excipientem convenire, nulla ei fit injuria, si exceptio etiam ad rescissionem contractus tendens, in foro excipientis proponatur. vid. Barbof. *ad l. 19. §. proind. ff. de judic. num. 21. 22.* Brunnem. *ad l. 2. C. ubi Et apud quem cognit.* Quae tamen responsio non placet Barbof. *ad l. 19. num. 24.* quare distinguit ille, an contractus jam perfectus sit ex utraque parte, & postea propter aliquam qualitatem extrinsecam pretendatur rescindi, quo casu locum habeat decisio *l. 2. C. ubi Et apud quem:* Si non ex utraque

que parte perfectus procedat dispositio d. l. 14. §. in omni C. de N. N. P. Sed innititur vir doctissimus falsa hypothesi: dicit enim si contractus sit ex utraque parte perfectus, sublata sit actio ex contractu oriens, & consequenter sublatus etiam sit forus ad ejus implementum inductus, quod nobis a juris veritate alienum videtur; quoniam si contractus jam sit ex utraque parte perfectus, non tolli sed nasci actionem putamus. Quid itaque dicendum? Nos salvis aliorum opinionibus existimamus multum interesse, an post contractum jam perfectum statim aliquid superveniat, quod contractum rescindi suadeat, an vero non. Priori casu nulli dubitamus, quin in loco contractus, si videlicet contrahens, quod uti dictum præsupponendum, ibidem reperiat etiam ad rescissionem agi possit: v. g. si statim post contractum emtor aut venditor se ultra dimidium læsum proponat, aut vitium immineat, ita ut vel ex l. 2. C. de R. V. vel redhibitoria, aut quanti minoris actione agendum sit, quis posita ex utraque parte perfecta obligatione negabit, contrahentem seu emtor si seu venditor, etiam post factam traditionem, sicque adeo, post contractus implementum in loco contractus teneri? quis actionem sublatam, adeoque forum tunc sublatum dicet? posteriori casu si nempe post longum tempus ad rescissionem contractus agendum sit, locum domicilii pro competenti foro agnoscimus, sic tamen ut in probando v. c. læsione ultra dimidium locus contractus inspicere debeat. l. 8. in fin. C. de R. V.

DISPVT. INAUGVRALIS IVRIDICA  
CAPVT VII.  
CONTINET FORMAM.

SVMMARIA.

Distinguitur a foro domicilii quod est generale, hoc nostrum speciale. 1

**D**IFFERENTIA specifica ex verbis ultimis definitionis desumenda. Scilicet distinguitur hoc forum ab aliis, quod hic ratione contractus quis teneatur; cum alias forum domicilii sit generale forum in quo omnes actiones tam personales, de quibus nemo forte dubitat, sed etiam reales *l. 19. §. f. ff. d. iudic. l. 2. C. d. Iurisd. l. f. c. ubi in rem act. Vinn. lib. 1. q. 13. Bach. d. act. Disp. 1. 1b. 22. lit. C. Carpz. 2. Resp. 23.* constitui possunt.

CAPVT VIII.  
DE EFFECTV FORI COMPET. RA-  
TIONE CONTRACTVS.

SVMMARIA.

Contrahentes tacite convenisse censentur, de sistendo sese coram iudice loci contractus.	1	Casus quo iudex loci contractus missionem in bona alibi sita discernere potest.	10
Ratio.	2	Casus ubi debitor in loco contractus precise sese sistere cogitur.	11
Distinctio.	3	An qui se ad hoc obligavit in casu morae?	12
Exceptio.	4	Dubitatur.	13
Arrestari quis potest in loco contractus.	5	Affirmat: stabilitur.	14
Remissio ad locum contractus locum non habet.	6	Contrahens jurisdictioni Iudicis loci contractus sese expresse subijciens forum ibidem sortitur.	15
Citatus ad dubitabiliter incompetentem comparere tenetur.	7	Non tamen ex loco domicilii illuc remittendus.	16
Quid si contrahens in loco contractus bona possideat?	8	Rationes.	17
Si non?	9		

Nunc



Nunc de EFFECTV dicendum: qui ergo contraxit  
 coram iudice loci contractus forum sortitur, &  
 sistere sese coram hoc iudice tenetur; nempe contra-  
 hentes tacite inter se convenisse præsumuntur, ut orta  
 inter eos de contractu controversia hæc in foro contra-  
 ctus, ubi & facilior probatio haberi, & veriora docu-  
 menta præstari possunt *arg. lult. inf. C. ubi de ratioc. deci-*  
*datur G. Franzk. lib. 3. Ref. 11. n. 9.* Unde vel reus con-  
 ventus in loco contractus reperitur, vel non. *priori ca-*  
*su*, recta coram iudice loci contractus conveniri, & ab  
 illo citari, adversusque illum, non aliter quam si inco-  
 la esset, etsi nulla ibidem bona possideat, quoad perso-  
 nam illius executive procedi potest, etiamque arresto  
 contra ejus personam uti licet, ut aut respondeat, aut  
 adjudicationem in contumaciam (si ibi bona habeat) pa-  
 tiatur *Mæv. d. arrest. cap. 12. n. 4.* Excipiunt Dd. uti  
 sup. dictum advenam, statim discessurum, quem non  
 solum forum non sortiri, sed nec arresto detineri posse  
 putant, ex ea ratione, quod qui solvere in aliquo loco  
 non cogatur, nec contra eum arresta sint licita. *Mæv.*  
*d. arrest. cap. 12. n. 1. §. 7.* nisi statuto, consuetudine aut  
 privilegio introductum, ut qui debet in aliquo loco  
 satisfactionem, eum ibi arrestare liceat *Mæv. d. l. num.*  
*7. in fin.* Quamvis nim statuta, leges, vel consuetu-  
 dines locales extra limites territorii statuentium non  
 ligent, *l. fin. ff. Jurisd.* nec obstringant non subditum,  
 hoc tamen intelligendum, quousque hi extra illud mo-  
 rantur, degunt & agunt, nec in loco statuti quid contra-  
 hunt vel committunt *Mæv. d. l. n. 8.* sed in iis, quæ in  
 territorio peragunt, etsi non subditi sint, ligantur ta-  
 men, & iudex ex suo quod domi habet jure, contra  
 illos

- 5 illos recte iudicat. *Mæv. d. l. arrestum* itaque in loco contractus locum habet, siue sit b. f. siue stricti juris contractus. *Mæv. d. arrest. d. c. 12. n. 10.* imo et si alibi sit initus contractus, alibi vero solutio vel præstatio facienda, arrestare in loco destinatae solutionis licet, non attento ubi locorum contractus initus sit. *Mæv. d. l. n. 11.*
- 6 Si contrahens in loco contractus non reperiatur, tunc ibidem non convenitur, nec si per subsidium citatur, ibidem comparere & sese defendere cogitur. *d. c. 1. vers. contrahentes de competent. in 6. Brunn. ad l. 19. §. 2. d. judic. n. 18. Gail. 2. obs. 36. n. 14. Struv. ad tit. d. jud. 2b. 40.* nec a iudice ad locum contractus remittitur, quoniam remissiones in contractibus locum non habent. *Wagnerek. ad c. licet X. d. for. comp. vers. seu contractus.*
- 7 *Wilsenb. ad 7. tit. d. jud. §. 18.* Non tamen hoc ita intelligendum, quod si citetur, ad iudicem notorie competentem emanere & citationem spernere liceat, quia dubitari adhuc poterat, an non ibidem forum sortia- tur, quo casu citatus ad minimum comparere, & exceptiones incompetentiæ allegare tenetur, quod etiam sentit *Mæv. de arrest. cap. 12. num. 4.* ubi dicit, quod citatus proposita in loco contractus incompetentis iudicis incompetentia absolvi possit: add. *Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 33.* vid. *Thomaf. in not. ad Strauch. Diff. 21. th. 8 26.* Tunc vero interest, an ibi bona possideat, an non: si possidet, iterum dist. an iudex loci contractus sit simul superior iudicis domicilii, quo casu locum habent ea de quibus *Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 160.* aut non est superior iudicis domicilii, quo casu non directe sed in subsidium juris citari, & adversus eum, per iudicem loci contractus procedi potest, non quidem ad hoc

hoc ut præcise compareat ibidem, & a iudice domicilii eo remittatur, sed per consequentiam, nisi scilicet citatus pati velit, ut bona sua, quæ in loco contractus forte habet, possideantur. Vnde eleganter Coler. *de proc. execut. c. 3. n. 58.* licet, inquit, in loco negotii non reperiatur, quoad effectus personam concernentes, condemnari nequeat ut contumax: in poenam excommunicationis: *arg. c. 1. X. de iudic.* tamen quoad effectus bona in loco contractus sita respicientes, bene citari potest, ut adversus non comparentem missio locum habeat. Franzk. *lib. 2. Ref. 11. num. 14.* Struv. *ad tit. de iud. ib. 49.* arrestoque in bona uti licebit Mæv. *de arrest. c. 12. num. 8.* Si ibidem bona non possidet, nec in substitutum quidem citare potest iudex loci contractus, quia tunc citans nihil habet, in quod adversus contumacem executionem decernat, cum in bona alterius loci mittere non possit, *arg. l. cum unus 12. §. 1. ff. de reb. auct. jud. poss. l. ult. ff. de iudic.* Quamvis hoc enim velit Hilliger. *ad Donell. lib. 17. comm. cap. 12. lit. K.* quem refert Franzk. *lib. 3. Ref. 11. num. 29.* nempe quod juri incognitum non sit, ut sententiam in alio territorio dictam Magistratus alterius Provinciae exequatur, cum jurisdictio una alteram juvare debeat *arg. l. 8. C. de Episc. aud. Gail. 1. Obs. 113. n. 16.* Attamen procedit hæc sententia non aliter, quam præsuppositis terminis habilibus, ubi nempe iudicis competentia fundata est, & condemnatus sub jurisdictione nihil possidet, in quod executio fiat: tunc enim sententia in uno territorio lata, in alio executioni facile demandari potest. Sed nos hæc in terminis hic non versamur, quoniam juxta J. Canon. dispositionem, & notoriam Germaniæ praxin,

H

praxin,

praxin, de qua supra, contrahens in loco contractus si ibidem non reperitur, sese defendere non tenetur ut supra dictum: unde si citatus non compareat, nec aliquid possideat, in quod executio fiat, nec in subsidium quidem citatio facienda. Leges enim quæ hoc permittunt, discrete bonorum mentionem faciunt. *d. c. 1. vers. contrahentes d. for. compet. in 6.* ergo si nulla contrahens bona possideat, aliud dicendum. *Frantzck. lib. 3.*

<sup>10</sup> *Ref. 11. n. 30. 31.* Interdum tamen iudex loci contractus etiam si contrahens in loco contractus non reperitur, nec ibidem bona habeat, per se citare debitorem, & non comparentem missionem in bonorum possessionem alibi sitorum decernere, & iudicem sub quo bona sita sunt, pro immittendo creditore requirere potest, nempe in casu malitiosæ occultationis & latitationis, quam debitor fraudandi actoris gratia facit, uti hoc deciditur in *d. c. 1. vers. contrahentes de for. comp. caus. b.* & confirmant post Covarruv. *c. 10. pract. qq. num. 4. in fin.* Zanger. *d. except. p. 2. c. 1. n. 179.* *Frantzck. lib. 3. Ref. 11. n. 31.* *Mæv. d. arrest. c. 12. n. 10.* Sunt tamen casus, ubi debitor in loco contractus, sistere sese precise cogitur, non quidem ita, ut in vinculis, uti in criminibus usitatum, eo remittatur, sed ut ad id compellatur a iudice domicilii, per remedia competentia, ut vel ipse sese eo sistat, vel procuratorem ad litem tractandam mittat: vid. *Vasq. 3. contr. cap. 52. n. 4.* Zanger. *de except. p. 2. c. 1. n. 185.* *Obrecht. de Iurdict. 2. c. 12. num. 27.* *Frantzck. lib. 2. Ref. 11. num. 33.* si v. c. remissiones die *Stellungen* sint in quibusdam locis usitata: tunc sane unius loci magistratum cives ac subditos suos, in uno loco contrahentes, sistere teneri, experien-

perientia comprobatum est. Idem dicunt, quando contrahens in loco contractus se soluturum, vel ibidem responsurum, juramento promisit post Covarr. Coler. Zang. Obrecht. Franzk. *lib. 2. Res. 11. in fin.* quo faciunt ea, quæ tradit Brunn. *ad l. 5. ff. d. cond. causa dat. n. 10.* Hahn. *ad Wel. tit. de jurejur. n. 12.* Fretier. *de solut. cap. 4. n. 13.* Magnif. Dn. Præs. *disp. d. Obl. faciend. th. 112.* An vero idem dicendum de casu, quo quis in casum moræ, se personaliter in loco contractus stiturum obligavit? sunt de hac conventionione discrepantes sane opinioniones, num hodie valeat? & quidem primo intuitu dicendum videbatur, ejusmodi conventionem nil aliud sapere, quam Obstadium, arg. eorum, quæ tradunt Tabor. *in Constit. Holsar. de Obst. C. 2. §. 7. p. 7.* Carpzov. *Ip. for. part. 2. const. 21. d. 30. n. 1.* quod olim quidem in Germania, licitum non modo erat, sed & frequentissimum. Gail. *2. Obs. 65. num. 1.* Besold. *thesaur. pract. voc. Leistung.* hodie tamen in Germania ob summum ejus abusum, sublatum est. N. Abschied. *anno 1577. tit. 27. §. wir wollen auch.* Carpzov. *d. l. Schilter. de Iur. Obsid. c. 11. n. 36.* Wehner. *Obs. pract. voc. Leistung.* Sed hoc non obstante dicendum, etiam hodie valere talem conventionem. Modestin. *Pistor. part. 1. conf. 1.* Setler. *de juram. part. 2. c. 9. in fin.* Carpzov. *p. 2. c. 22. defn. 30.* Schepliz. *ad constit. Marchic. tit. 3. §. 1. num. 11.* Vi itaque hujus conventionis debitor sese in loco contractus sistere, & ibid. creditori satisfacere compelletur: uti *per cap. ex rescripto extr. de jurej.* probant Covarruv. *c. 10. pp. qq. num. 5.* Vasqu. *3. contr. Illustr. cap. 52.* Coler. *d. P. E. part. 2. c. 1. n. 99.* Zanger. *de except. p. 2. c. 1. n. 185.* Obrecht. *de Iurisdicf.*

- 15 *l. 2. c. 12. n. 27. Frantz. l. 2. R. 11. n. 32.* Quid vero dicendum, si contrahens in loco contractus expresse sese subiciat iurisd. iudicis, ratione contractus, suoque proprio foro renunciet? Sane nulla nos dubitatio tenet, quin ibidem forum fortiatur, quantumvis non reperiatur in loco contractus. Sed an ad eum remittendus sit dubitatione non caret omni? idque propter
- 16 *l. 1. §. 1. d. privil. in 6.* ubi dicitur ordinarios non posse remittere exentos ad locum contractus, supponit itaque contrahentes in certo loco esse ad illum remittendos. Quod etiam agnoscunt alii quos laudat Barbof. *ad l. 19. §. 1. ff. d. iudic. n. 43.* Sed hoc non obstante, contrarium verius videtur, quod nulla hic remissio locum habeat, idque non solum propter textum *in d.*
- 17 *§. contrahentes d. for. comp. in 6.* sed etiam ex ea ratione, quod in causis civilibus remissioni locus regulariter non datur: proinde dicendum, quod renuncians proprio foro, in loco quidem contractus forum fortiatur, quamvis ibid. non reperiatur, unde iudex eum monere debet, ut eat ad locum contractus, in quo promisit se defendere, quod si non pareat, iudici momenti, iudex contractus poterit eo modo procedere contra eum absentem, ut solet iudex procedere domicilii adversus absentem in domicilio. Barbof. *ad l. 19. §. 1. ff. d. iudic. num. 46. & seqq. ult.*

## CAPVT IX.

DE CONTRARIIS FORI COMPET.  
RAT. CONTRACTVS.

## SVMMARIA.

Privilegium fori facit cessare fo- rum contractus.	1	sed contractus principalis forum tribuit.	7
Exemplum in Legatis.	2	Privilegium de non evocando sub- ditos vel Cives omnes Status Im- perii habere videntur.	8
Fallit in Legato hereditatem ad- eunte.	3	Non tamen hoc privilegium præju- dicat foro contractus.	9
In Legato constituto	4	Ratio ab absurdo & iniquo	10
Dubitatur de sententia Berlichii	5		
In specialiter renunciante.	6		
In constituto non locus constituti,			

**A**d contraria pertinent modi, quibus forum contra-  
ctus cessat, qui partim ex superioribus cognosci  
facile possunt. Præter illos huc pertinent illi, quibus  
per speciale privilegium a LL. concessum, ne in loco  
contractus teneantur. Sic Legatis jus revocandi do-  
mum competit, i. e. postulandi, ut lis transferatur in  
locum domicilii, ne occasione litis a munere publico  
retrahantur *l. 2. §. 3. ff. d. jud. sc. si ante legationem  
contraxerunt*, ob debitum in ipsa legatione conveniri  
non possunt. In quo differant a cæteris qui jus revo-  
candi domum etiam habent, qui alias sunt, qui testi-  
monii dicendi, tutelæ administrandæ, iudicii suscipien-  
di causa alibi sunt: Hi enim in loco contractus antea  
initi recta conveniuntur, tamen non hoc sed alio tem-  
pore ibidem contraxerunt: Exceptis legatis, qui pro-  
pter tale debitum in loco legationis conveniri non pos-  
sunt. *l. 2. §. 4. ff. d. judic. ubi Dd. Barbof. ad l. 2. n. 49.* ubi  
examinat rationes. Hujus regulæ exceptio prima est,  
si hereditatem adeat: quamvis enim adeundo heredita-  
tem

tem quasi contrahere cum legatariis videatur. §. 5. *Inst. d. obl. ex quasi contract.* tamen in loco aditionis non tenetur: sed potest sese liberare ex molestiis, præstando cautionem, & si id non præstet, immisionem pati debet non in sua sed bona hereditaria. l. 26. ff. d. jud. Barbof. ad d. l. 2. §. *legatis ff. d. judic. n. 171.* ubi simul rationes except. tradit: nempe cum hereditati multa infint onera, quibus heres implicatur, proinde lex constituit ne possit legatus conveniri per legatarios, ne sic tacite impediatur publicum legationis officium. 2. Exceptio est in constituto. Vnde legatus qui constituit, se solutorum, non in loco constituti, sed in loco principali rei ante gestæ recte convenitur. l. 8. ff. d. judic. si quis (inquit Cajus Jctus, in legatione constituerit, quod ante legationem debuerit: non cogi eum ibi iudicium pati, ubi constituerit. Brunn. d. l. neque obstat huic sententiæ l. 5. §. 1. ff. de pecun. constit. de cujus explicatione vid. Petr. Barbof. ad l. 2. §. *Legatis ff. d. judic. n. 141.* Brunn. l. 2. ff. d. judic. n. 2. 3. Donell lib. 17. comm. c. 14. lit. N. ibique Hillig. Rittershus. ad N. p. 9. c. 10. n. 51. Possit, si Berlichio credimus ad contraria certo respectu referri mercator, quem, etsi ibidem non contraxerit, modo tamen singulas mercaturas visitet, ibidem conveniri posse, ob contractus alibi gestos putat par. 2. decis. 253. ubi præjudicium in fine. Habt ihr mit P. B. von Cracau aus Pohlen viel lange Jahr Handlung getrieben, er von euch und ihr von ihm, unterschiedene Wahren genommen, und er von euch wegen etlicher ann. 1616. zu Grandfurt an der Oder gelieferten Brabantischen Wahren 1033. Thlr. schuldig worden, welche ihr von ihme bishero nicht erlangen können, ihn aber anjeko zu Leipzig angetroffen, vor Gericht



Gericht fordern lassen, und die Zahlung von ihm begehret, ob nun gleich besagter P. B. zu seinem Behuf vorwendet, er wäre allhier zu Leipzig nicht sesshaft, hätte weder Haus noch Hof, wäre weder Bürger noch Baur allhier: dieweil er aber dannoch eurem Bericht nach alle Leipzischen Märckt zubefuchen pflegt, und sich der Märckt Gerechtigkeit gebrauchet, so möget ihr ihn nach ausgeleiteten Märckt, vor den Stadt. Gerichten, wohl belangen, und ist P. B. allda zustehen, oder auch deswegen annehmliche Caution zu thun schuldig B. R. W. verum, cum de hujus sententiæ veritate non immerito alii dubitent: vid. Brunnem. *ad l. 19. §. 2. num. 16. ff. d. jud. proinde missum hoc facimus. Illud certum est, forum contractus cessare, si ei specialiter renunciatum sit l. 19. §. 2. ff. de judic. Constitutum obligatorium, quo quis constituit se debitum soluturum, inter pacta legitima prætoria haud dubie refertur arg. l. 1. ff. de pecun. const. Qui itaque constituit se soluturum, quæritur, an in loco constituti, an v. conventionis initæ conveniri possit? Sane constitutum hoc habet speciale, quod non locus constituti, sed contractus principalis modus sit sortiendi forum l. 8. ff. de jud. l. 33. ff. d. donat. Joh. Strauch. *ad Jus Justin. diss. 21. th. 16. in fin. nisi in loco constituti solutio sit destinata. l. 5. §. 1. ff. d. const. Thomas in not. ad Job. Strauch. Ex. 21. th. 16. in fin. Privilegio revocandi domum, simile videtur de non evocando, quod non tantum multæ civitates Imperii habent, de non evocandis civibus, sed in civitate sua conveniendis, vid. Carpov. *lib. Rp. 23. Brunn. ad l. 2. in fin. ff. d. judic. Quod privilegium hodie omnes Status ac cives Imperii habere videntur. Daß alle des Heil. Reichs Verwandten und Unterthanen bey ihren ordentlichen inländischen Gerichten gelassen***

gelassen werden *Ord. Cam. p. 2. tit. 1. Mæv. part. 1. decis. 9125. n. 7.* Brunn. *ad d. l. 2.* Vnde quæritur, an is cui privilegium de non evocando competit, in loco contractus forum fortiatur? Sane si hoc statueremus, omnia ea quæ de foro contractus in jure & Doctoribus traduntur, non rebus sed verbis essent scripta, quod tamen admitti vix potest, nec putandum, quod Imp. privilegio tali de non evocando civibus Imperii competenti, voluerit omnia Jura Civilia & Canonica quæ de hoc foro loquuntur, novo quasi edito unove ictu prosternere & abrogare. Ideoque si cives Imperii contraxerint alibi, non obstante privilegio de non evocando, ad forum contractus trahi posse, persuasum habemus, cum Carpz. Brunn. *ad l. 2. ff. d. judic. in fin.*

10 Etenim si hoc privilegium ita generaliter esset intelligendum, multa paradoxa inde sequerentur, quod nempe si ex delicto conveniatur, privilegio sit locus, contrarium autem recte statuit *Mæv. part. 2. decis. 4.* Brunn. *d. l. si reali actione*, seu rei vindicatione s. hypothecaria sit pulsandus, in loco domicilii id faciendum; contra communem praxin de qua id:

*Mæv. p. 3. decis. 375.*

T A N T V M.







X2369883

W 17







2

Pub. 20. num. 25. Ec. 10. 1/2

1686, 1/2

Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**COMPETENTIA FORI,**  
**RATIONE CONTRACTVS,**

P. 146,

2

QVAM PERMISSV  
INCLVTAE FACVLTATIS IVRIDICAE;  
PRAESIDE  
VIRO NOBILISSIMO, CONSVLTISSIMO AC  
EXCELLENTISSIMO  
**DN. BVRCKHARDO BARDILI,**  
ICTO ET PROF. PVBL. FAMIGERATISSIMO,  
DVCIS WVRTEB. CONSILIARIO SPLENDIDISSIMO,  
ET DICASTERII QVOD TVBINGAE EST ASSESSORE  
GRAVISSIMO, PATRONO, PRAECEPTORE ATQVE  
HOSPITE AETERNVM COLENDISSIMO.  
PRO SVMMIS HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS,  
IN VTROQVE IVRE RITE AC LEGITIME  
CAPESSENDIS,  
AD DIEM MARTII MDCLXXXVI.  
IN AVLA NOVA,  
PVBLICAE ERVDITORVM VENTILATIONI  
SVBMITTIT  
**IOH. CHRISTOPHORVS ENSSLINVS,**  
REVTTLING.

TVBINGAE, RECUSA MDCCLXXXVI.



(8)

